Magnificat. Oratio. Ds̄ z misericors de⁹ qui gl̄iosi confessoris tui atq; pontificis willi corp⁹ in nouo recōditū dignū sublimatiōe monstrasti: cōcede nobis trāslatiōem eius celebrantib⁹: ab hac valle miserie ad celestia regna transferri. p dnm. In eodē mo. de epiphania z de dña z de festo. añ. lect. ij. euenerit. Ad

matu.inuitato. Dēs deū ado remus. Qui translatū iam vi demus corpus nr̄i p̄sulis. ℣. Uenite. Hymn⁹. Iste ꝓfessor vīs ass̄e ꝛ ℟ia. vt in alio festo.

Glorios⁹ an tistes ebor̄a will's post̄q̄ migrauit a seculo multis ac magnis ꝯruſtauit miraclis. Unde ꝛ decreto summi pon tificis ꝛ fratrū assensu: cab talo go sc̄oꝝ ascript⁹ est. Dies etiā obitus sui in tota p̄uincia ebor̄a cūctis fidelib⁹ celeber rime est custodit⁹. Ul erū licet a clero ꝛ pp̄lo ita gl'iosus ha bebat: hoc tamen ad cumulū gl'ie ꝛ laudis ip̄i⁹ sci deesse vi debat: q̄ sanctissimū corpus eius de quo p lapidis duricie oleū frequenti⁹ resudabat: in ymo tenebat inclusuz. Lcō. ij

Unde ad laudis ꝛ glorie ꝓsummationē: ip̄ius sci corpus trās̄latio a p̄lat̄ ebor̄a ecclie desiderio ardenti affe ctabat. At vbi venit plenitu do tp̄is quo de⁹ in sui secreti sinu: scm̄ suū decreuerat sub limare: erexit in archip̄sulem ebor̄a venerabilē p̄uz will'm qui p̄us p multa tp̄ia in eadē eccl̄a cancellarie officio fun gebat: cuius ministerio gl'iosi cōfessoris sui corpis trās̄latio nem p̄ordinauerat cōsūmari

Anno igitur ab incarnatiōe dn̄i: mille simo ducentesimo octo gesimo tertio: ꝛ p̄fati p̄is will'i anno tertio: nobili viro antonio Breck: electo ad regimē ep̄atus dunelmensis cū esset ele ctio eius ꝓfirmata: archiep̄s ꝛ electus eodē spiritu ispirati: ad hoc vota sua vnanimit̄ di rexerūt: vt trās̄latio sci will'i ꝛ cōsecratio ip̄i⁹ electi eodem die celebr̄arent̄. Firmato ita ꝓposito inuitant̄ illustris rex anglie edwardus: ac serenissi ma regina elianor̄a necnō et magnates anglie tam p̄sone eccl̄iastice q̄z seculares: vt tā te solēnitati ī teressent. Lc.nū

Cum aūt in tam sc̄o ꝓpo sito idem rex p̄maneret accidit vt quadā die i eiusdē tem locū ascenderet: ꝛ cū esset in loci cacumine: lapso pede cecidit ab alto: vnde ꝛ ab assi stentibus cōfract⁹ ꝛ quassatus putabat. Statiz vero rex ip̄e cōsurgēs de terra absq̄ lesio ne deo omnipotenti ꝛ sancto will'o gr̄as egit: casum summi inimico humani generis mi putans: se salutionē suā me ritis glorios⁹ cōfessor̄is quem honor̄are dispos̄uerat: cōstan ter ascribēs. Ex eo aūt die ad honor̄anduz sanctum will'm

7

ꝯcitius ad ciuitatē Eboracē/
sem de die in diē ꝓpauit. Ad
Appropinquāte vero tē
pore quo scīm corpus de
buit sublimari: ꝑuenit die ip/
sum venerabilis pr̄ willis ar/
chiepūs eboracensis: necnō t
menenēsis epūs frater electi du
uelinēsis filr t idē electus. Et
in tēpeste noctis silētio intran
tes eccliaz decano comitāte t
canonicis: letanias cātāt: ora/
nes fundūt: t ad tūbā sci willi
humiliter se ꝓsternit. Tādez
ab oratione surgētes amoto lapi
de sarcophago suppositō: re/
periūt sci pōtificis corpus sa/
cris vestibus olei pinguedie
quod de sci prīs corpe resuda
uerat infusis: multipliciter in
Admotis .L. volutū.
Aigitur patena t calice q iuxta corpus in sepulchro fue
rant collocati: archiepiscopus
t episcopus ꝓfati vna cū alīs
qui meritis ꝓcellere videban
tur: incipiētes a capite sanctas
reliquias cum debita reuerē/
tia conuoluentes in quadam
capsula locauerunt. Et ad lo/
cum secretū cū summa deuo/
tione portantes: sigillis appo
sitis: t custodia deputata recess
serunt. Mane autē facto rede
untes clara luce sacras sancti
reliquias quas prius inuol/
uerant: cum reuerentia euol/
uentes: ipas vestes quib⁹ glo
riosum corpus inuolutum fu
erat in partē ponebāt. Ea ve/
ro que ad corpis substantiam
ptinebant: in capsula ad hoc
diligentius ꝓparata colloca/
bant. Signantes capsam t cu
stodiaz adhibētes. Septima
lectio tantū de expositiōe euā
gelij scōm lucā. Nolite time/
re pusillus gre Omelia vi in
Scōmuni. Lectio. viij.
Sequēti vero die dū ma/
tutine de sancti wilelmi trans
latione cantarent: dormienti/
bus in ambone quibusdaz ca
nonicor seruientibus qui cū
dñis suis ad eccliaz veuerant
vnus ibidem quiescentiū ca/
put suuz sup basim pulpiti in
quo legi solet euangelium re/
clinauit. Et ecce dum tertia le
ctio legeret: lapis colūnaris:
non modici ponderis sup ca/
put quiescētis cecidit. Quod
videntes qui pñtes fuerāt: pu
tabant caput ipius irrecupa/
biliter esse confractum: accur/
rentes vt lapidem erigerent.
Surgens vero ille qui dormi
erat nihil mali sentiebat: tenā
suaz quam habebat in capite
dissoluens: aduertit ex vtraqz
parte capitis a superiori lapi
de t inferiori corrosam: t qua

ſ dentibus mordicatam. Vi/
dens vero ꝑdictus ſeruiens ſe
a tanto periculo liberatū: deo
omnipotēti ⁊ ſancto wilelmo
gratias egit. Lectio. ix.

Odē vero die circa ho/
rā primā ꝯuenientibus ad
eccleſiā p̄elatis: pñtibus etiā
regē ⁊ regina: ac maxima co/
mitiua comitū ⁊ baronū: p̄e/
poſito p̄ius verbo dei per ve
nerabilem vilhm: tūc temp̄is
archiep̄m: rex ip̄e vna cū epi/
ſcopis qui aderant capſam in
qua ſancte reliquie erant cuz
ſumma deuotiōe in humeris
ſuis circa vnam partem chori
ad locum vbi nūc corpus ſan
cti requieſcit baiulabant. Sic
igit̄ ſancti wilfi corpus cū ſo/
lennitate qua decuit ab ymo
in altū: a cōmuni loco in cho/
rum venerabiliter eſt transla/
tum: ad laudem dñi noſtri ie/
ſu xp̄i. ℟. Te deū laudamue.
℣. Ora pro nobis. In laudi/
bus añ. Claudi. ⁊ cetera vt in
alio feſto: cū memoria de epi/
phania ⁊ de domina: ⁊ de ſe/
ſto trium lectionū ſi euenerit.
Ad p̄imam ℟. Jeſu chriſte
cum alla. ℣. Qui apparuiſti.
niſi eius feſtum ⁊ octaue epi/
phanie concurrāt in dñica: q̄
tunc non dicetur cuz alleluia
nec cū verſu Qui apparuiſti.
Ad alias horas vt. ℣. in alio fe
ſto cum oīone ꝑdicta. In ſe/
cundis veſpis añ. Ante lucife
rū. ⁊ cetere ſequentes cū pſal.
de natiuitate. ℟. Adit ſācti tu
mulum. ⁊ cetera vt in alio fe/
ſto cum oīone ꝑdicta. Si aūt
iſtud feſtū ⁊ octa. occurrerint
in dñica: anticipet ſeruitum
octa. ⁊ fiat die ſabbati cuz. ix.
lec. ⁊ cū expoſitiōe euāge. Vi/
dit iohannes ieſum venientē.
⁊ cū eiſdē aliis que ponunt in
octa. ⁊ fiat ỏ feſto ſancti wilfi
in dñica ſcōm modū p̄dictū: ⁊ tūc dicant añe ſup pſal. fe
riales in p̄imis veſpis añ. In
wilfi laudib⁹. cū ceteris añis
vt in alio feſto: exceptis q̄. ij.
añis erit iſta. Añ. Dū p̄ris ho/
die corp⁹ ē trāſlatū: q̄ in imo
iacuit in alto locatū. Nec fiat
aliq̄ mentio deinceps de oct̄.
niſi memoria tm̄ cum añ. Fō/
tes aquar. ℣. Reges tharſis.
Oratio. Deus cuius vnige. ⁊
dicant veſiculi ſine Alla. De
cōfeſſoribus tm̄ fiat memoria
in p̄imis veſpis ⁊ matu. illo
anno. ¶ Si feſtuz epiphanie
alia die q̄ ſabbato: dominica
vel die lune euenerit: dicatur
de officio dominicali die lu/
ne infra octauas: cum tribus
lectiōibus de expoſitōe euāg.
Venit ieſus. ⁊ aliis ſup̄is de

euange. illo vt ꝫ notat. Si vero huiusmodi festū die sabbati vel dñica contigerit: fiat de officio dñicali die martis. Si aūt die lunę euenerit: dicetur de officio dñicali die mercurij: cū euange. ⁊ aīis vt supra

IN illo tpe. Ihm mathm. Uenit iesus a galilea in iordanē ad iohannē: vt baptizaret ab eo. Et reliq. Omel. venerabilis bede pbi. Lc. j.

VEnit filius dei baptizari ab hoie: nō anxia necessitate abluendi alicui⁹ sui pecti: qui pctm̄ nō fecit vllū: nec inuent⁹ est dolus i ore ei⁹: sed pia dispensatiōe abluēdi ois nr̄i cōtagionē pcti: qui in multis offendim⁹ oēs. Lcō. ij.

ET si dixerimus q̄ pctm̄ non habem⁹: nos ip̄os seducimus: ⁊ veritas in nobis nō ē. Uenit baptizari in aquis ip̄ax ꝯdito⁹ aq̄x. Ut nobis q̄ in iniq̄tatibus ꝯcepti ⁊ in delictis generati sumus: scō de natiuitatis que p aquā ⁊ spm̄ celebrat appetendum insinuaret

SAcramentum. Lectio. ij

SEquit: Johānes aūt p⁹o bibebat eū dicēs: Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me. Expauit illū ad se venisse vt baptizaret aqua: cui nulla ener at: que baptismo tergeret culpā: immo qui p sui gratiā spūs cunctā credentibus tolleret culpam. ¶ In octaua epiphanie ad vs̄ aī. Ante luciferū. ⁊ cetere aīe sequentes. ps̄. Dixit dominus ⁊c. Cap. Surge illuminare. Rium non dī. Hym. Hostis herodes. ℣. Reges tharsis. In euāge. aī. Baptizat miles regem: seruus dominū suū: iohānes saluatorē aqua iordanis stupuit: colūba p̄stabat: paterna vox audita est: hic est filius meus. pō

OMagnificat. Oratio.

DEus cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit: p̄sta quesumus: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus: intus resormari mereamur. Qui tecum. Memoria ō sanctis hilario ⁊ remigio nisi octaue anticipētur. aī. Fulgebūt iusti. ℣. Sacerdotes tui. Oratio vt in cōmuni plurimoꝝ ꝓfessoꝝ. Memoria de sācta maria. Ad matutinas inuitato. Christus apparuit. ps̄. Uenite exultemus Hym. A pat. ⁊ vnige. In. j. nocturno aī. Afferte. ps̄. Ipsum. aī. Fluminis. ps̄. Deꝰ noster refugiū. aī. Psallite deo. ps̄. Oēs gētes. ℣. Reges tharsis

SErmo bti maximi epi

UTum pluranob Lcō. j.

fratres atq; diuersa festiuitas huius diei salutarium mysteriorum sacramenta multiplicat. Maz sicut posteritati iue fidelis mãdauit antiquitas. Hodie saluator humani generis celestibus ostensus indicijs a chaldeis é adorat⁹. ℟. Illuminare illu. Lectio.ij.

Hodie xps bti iohannis ministerio fluẽta iordanis bñdictione ꝓpriꝫ baptismatis cõsecrauit. Hodie etiã inuitatus ad nuptias diuinitatis sue potentiã manifestãs: aquas in quã vertit in vinũ. Q̃s sanctificauit i baptismo: nobilitauit in nuptijs. ℟. Dẽs de saba. Lectio.iij

Tria quidez hec fratres vnius diei mysteria recensemus: que p vnã dñm dignatio trinitatis ipleuit. Neq; enim aliquãdo in opatiõe virtutũ abesse sibi vnitas põt: aut vnq; separari ab inuicẽ poterit q deitate est indiuisum. ℟. Reges tharsis. In.ij.noct. añ Omnis terra. ℣. Jubilate deo. Añ Reges tharsis. ℣. Deus iudicium. añ Dẽs gentes. ℣. Inclina dñe. ℣ Exultent iusti. Hodie lec.de ꝓfetis

Sozibus. Lectio.iiij

Sublimiũ igit virorum xpi hilarij atq; remigij: quos se paternos eccla gratulatur habere magnificos: solẽni deuotione festa celebrant. Qui licet diuersis regnoꝝ partibus et temporibus multipliciter florerent in terris: pari tamẽ deuotione laborabant: xpo immaculati assistere: ecclesiam regere atq; ꝓtegere. ℟. Isti sũt viri sancti. ℣. Sancti per fidem

Igitur beatus p/ Lcõ.v ful remigius puellã a demone captam sanabat: p cuꝰ os diabolus se fatebat nõ posse expelli: nisi solius Remigij oronibus. Quam etiam sicut prius ab insana mente liberauit: sic etiam post modicum a morte resuscitauit. ℟. Fulgebunt iusti. ℣. Justi imp. Lectio.vj.

Summus et pclarus iste hilarius duodenis clarissimis voluminibus omẽs hereticoꝝ errores extinxit: et ꝓ veritate quam predicabat plurima aduersa iniuste sustinebat: etiam et exilium innocens tollerabat: vbi et defuncto precibus vitam dedisse legitur. Digne etenim patres isti apostoli hilarius et remigius recepti sunt inter angelos: qz vita eoꝝ immunis extitit inter peccatores. Quoꝝ pcibus diuina nos custodiat misericordia: et ad illa perducat gaudia que nesciunt finire p ſcla

℟. Sint lumbi vestri ℣. Vigilate ergo. ℣n̄ octa. epiphanie anticipent tunc ℣ficulus Dēs

Deſaba: ℣ Lectio. iiij.

Eniq; cum baptizaret ſaluato: ℣ nō ſe de eſſe vnigenito pater ī voce ꝓdidit: ſp̄us in columba. Non ergo miremur fratres quib⁹ in fide eſt trinitas. ſi tria vnū nobis diē miſteria ꝓfecrāt: hodie itaq; vt diximus magus ꝓ ſtellam repit: qđ iude⁹ noluit credere ꝓ ꝓphas: hodie gētilitas edocta de celo: redemptorē mūdi inquirit vt regē: munerat vt fortē: adorat vt deū. Et quaz recte charissimi ī teſtimoniū noue natiuitatis: noua terris ſtella reſplendunt. Lectio. ℣

Noua ſtella reſplenduit cui⁹ vtiq; iudeoz gens ꝓfida: nec radiū ocultare poſſit: nec abſcondere veritatem. Neq; enī vlla iā ꝓ eos poterat locū habere maligne interp̄tatiōis obſcuritas: vbi celum ip̄m vniuerſoz oculis ſyderio lumine credendo fulgebat.

℟ Quā hoc Lectio. vj. mirabile quod exiguus ſtelle radius: ſtupentia alieni genarū coꝛda permouit cum illum iudaicum populū: cui mare diuiſum: cui p̄ebitum manna de nubibus: nec ignea potuerit ℣ ipa ꝺcelo micās eo lūna conuert ere. Sed iam ad xp̄i baptiſmū ꝓperemus. Venit igit ieſus in iozdanem: vt baptizaret a iohanne. Cui ait iohannes ego a te debeo baptizari quia mihi eſt ex paterna ꝓuaricatione corruptio: ℣ tibi in paterna maieſtate cōmunio. ℣n̄. iij. noc. aū. Adozate dn̄m. ꝑs. Cantate. j. aū. Adorate deum. ꝑs. Dn̄s regn exultet. aū. Notū fecit dn̄s alla Salutare ſuū alla. ꝑs. Cantate. ij. ℣. Dēs gē. Scdm iohā.

In illo tpe: Vidit iohes ieſum veniēte ad ſe ℣ ait Ecce agnus dei: ecce q tollit pcā mundi. Et relīq. Omel. venerabilis bede p̄ſbyteri.

℟ Ecce inquit Lectio. vij. iohānes: agn⁹ dei: ecce innocens et ab omni pcto im munis vt pote cuius os gdez de oſſibus adā: ℣ caro de carne adam: ſz nullam de carne peccatrice traxit maculā culpe. ℣. Vidētes ſtellā. Lc. viij.

℟ Ecce qui tollit pcā mundi. Ecce qui iuſtus inter pctōres: mitis iter ipios: hoc eſt: quaſi agnus inter lupos apparens: etiam peccato: es ℣ ipios iuſtificandi habet poteſtatem. Reſponſoriū. Tria ſunt munera. qne. Lectio. ix.

Quomodo autem peccata mundi tollat: vel peccatores iustificet: iohannes apostolus testat dicens. Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Christus autem fratres lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: non solum quãdo sanguinẽ suum dedit in cruce pro nobis: vel quando vnusquisq; nostrum mysterio passionis illius baptismo aque ablutus est: sed cotidie lauat nos sanguine suo: cum eiusdẽ beate passionis memoria ad altare replicatur. ℟. In colũbe. ℣. Te deum laudamus. ℣. Omnes de saba veniunt.

℣. In laudibus. añ.

Vterem hominẽ renouans saluator venit ad baptismũ vt naturam que corrupta est per aquam recuperaret incorruptibili veste circumamictans nos. ℣. Dominus regnauit. añ. Te qui i spiritu & igne purificas humana contagia deum et redemptorem omnes glorificamus. ℣. Jubilate. añ. Baptista contremuit & non audet tangere sanctum dei verticem sed clamat cuz tremore sanctifica me saluator. ℣. Deus deus meus. Añ. Caput draconis saluator contriuit in iordanis flumine ab eius potestate omnes eripuit. ℣. Bñdicite. Añ. Hodie guũ mysteriũ declarat hodie quia creator omnium in iordane expurgat nostra facinora. ℣. Laudate dñm. Caplm.

O Domine deus meus honorificabo te: laudez tribuã nomini tuo qui facis mirabiles res: consilium tuũ antiquum verum erat. Hymn. Hostis herodes. ℣. Venit lumen. In euange. añ. Precursor iohãnes exultat cũ iordane baptizato dño: facta est orbis terrarz exultatio: facta est nostrorz pcorz remissio sanctificans aqs: ipi oés clamemus miserere nobis. ℣. Bñdicto. Oro Deus cui. vni. Deo. d scis ofes. añ Sint lũbi. ℣. Sacerdotes tui. Oro. Deꝰ q nos Deoria d scã maria. Aq̃primã añ. Aq̃ cõburit pctã hodie apparẽs liberator & rorat oẽz mũdũ diuinitatis ope. ℣. Deꝰ in noie. nõ mutet añã ad psal. Quicũqz vult. Ad. tij. añ Pr de celis filium testificat & spũs scti pnia aduenit vnum edocens qui baptizatur christus. ℣. Legem pone. Capla & verticuli ad horas sicut in die epiphanie: cum oratione Deus cuius vnige. Ad. vj. añ

Baptizat xps t sanctificatur
ois mundus: t tribuit nobis re
missionem peccatoz: aq̃ t spũ
oés purificamur. ℣. Defecit.
Ad.ir.añ Peccati aculeꝰ cõ
terit hodie baptizato dño: et
nobis donata est regeneratio
ps. Mirabilia. Ad vs añ. Ue
terem hominẽ. t cetere añe d
laudi. ps. Dixit dns tc. Lab.
Dñe deus meus. Hymꝰ Ho
stis herodes. ℣. Reges tharsis.
Ineuãge. añ. Fontes aq̃z
sanctificati sunt xpo apparẽte
in gl'a ozbi terraz haurite aq̃s
de fonte saluatoris: sanctifica
uit enĩ nunc omnẽ creaturam
xps deus nr. ps. Magt. Dño
Deus cuius vnige. Mẽoria
de scã maria: t de scõ felice pr
bytero t cõf. añ. Justũ dedu
xit. ℣. Amauit eũ. Dño. Con
cede qs ops deus: vt ad meli
oẽ vitã. Ad cõpleto. vt. s. nisi
in sabbato euenerint octa. Si
vero octa. iste in sabbato eue
nerint: vespe dicant̃ die sabbi
de dñica cũ añia Bñdictus. z
cetera ꝓpter inceptionẽ histo
rie: t mẽoria fiat de octa. cum
añia Fontes aquaz. ℣. Reges
tharsis sine añia. Dño. Deꝰ cu
ius vnige. Deinde de scã ma
ria: t de scõ felice: t incipiatur
historia: Dñe ne in ira. Ad cõ
pletoz. añi. Miserere. z cetera
sicut inferius in sabbato ante
historiã Dñe ne in ira: ordina
tum est. ¶ De mẽoriis quoti

In ꝑse- dianis patet.
stis vero diebus ab octa.
epiphie vsq; ad pmã dñicã q̃
dragesime repetant̃ suffragia
quottidiana videlz de scã ma
ria cũ añi. O admirabile. Añi.
Qñ natus es. añi, Rubũ quẽ
añi. Germinauit. añi. Ecce ma
ria. ordinati iterati. ℣. Post
partum. Dño. Deus q salutis
vsq; ad purificationez: t post
purifica. ad matu. cũ añi. Bt̃ũ
mater. ℣. Post partũ. Oratio
Cõcede nos famulos. t ad vs
añi. Scã dei genitrix. ℣. Post
partũ. Oratio. Omps sec̃ũ
de ap'lis: de scõ willo: de reli
quijs: de scis confesso. iohanne
wilfrido t Cuthberto: de om
nibus scis: ꝑ pace: sicut infra
notat̃ añ psalteriũ. Et agenda
mortuoz frequẽtent̃. De cru
ce aũt nulla fiat mẽtio his di
ebus: sicut nec in dñicis vel a
lijs huius tẽpis diebus ad ꝓ
cessionẽ de trinitate. Rubrica
post octa. epiphanie de dñicis
in ferijs faciendis isto tempe.

Notandũ vero q; si octa.
epiphanie in dñica eue
nerint siue in feria. ij. aut. iij. t
tẽpus ita breue fuerit qđ vsq;
ad. lxx. nõ. interfit nisi vna dñi

ea: tūc in crastino octa. ferialis nocturnus dicat: z expositio: **Cum factus esset ihesus annoꝝ duodeci.** ad matu. legat cum ꝓpijs ei⁹dē serie: nō de hīsto/ria **Dñe ne in ira.** q: oia ꝓpia: tā ferialia q̄z dñicalia de psal. sunt sumpta: z cuz imitato. z hym. serialibus. Q̄n dñica fit in ij. feria ꝙ **Quā magna.** ꝙ. **Bñdicā.** ꝙ **Delectare.** Eodē aūt mō fiat q̄ncunq; fit dñica in feria inter octa. epiphanie z. lxx. s. cū añis sup nocturnū: z ꝓpijs serialibus dicant etiaz sup laud. añe seriales aut dñi cales sup psal **Bñdictus.** s. **Fi li q̄d feci sti.** Oro. **Uota q̄s do mine. Per dñm.** Meoria de scō felice: z suffragia ꝙsueta ni si de cruce: vt dictuz est. Et sciendū est q̄ si aliq̄ dñica se quēs primā dñicā fiat ferialiter inter octa. epiphanie z. lxx tūc in serialibus vespis ꝓcedē tibus dicet oro de dñica ꝓcedēti: nō illa que sequet in crastino ad expositionē. Et siue d prima dñica siue de alia debe at dici serialit in crastino. ix. lec. in scdis vespis huius festi ix. lec. nulla facienda ē meoria de dñica: z eodē mō fiat d dominicis serialiter dicendis ab hīstoria **De⁹ omniū.** vsq; ad aduentuz dñi. Quot dñice fient inter octa. epiphie z. lxx.

Secundū quātitatē vero tempis ꝓuideat q̄ inter octa. epiphanie z. lxx. quinq; dñice dicant. vel treo ad min⁹ etiā in diebus serialib⁹ si opus fuerit mō quo ꝓdictū est: q: si nulla dñica inter oct. epipha/nie z. lxx. euenerit: tunc de ne/cessitate oportet q̄ ille tres do minice ꝓdicte in medijs serijs dicant: z forte aliquā illaz in q̄ntā feriā vel sextā fieri opor tebit: cū ꝓpijs feriā ꝙtingentib⁹: z de festis triū lec. scōz illis di ebus accidētibus nihil fiat ni si meoria tm. nec videat inco/uenies si aliq̄ ꝓdictaz triuz dñicaz dicat in. v. feria vl. vj. licet sit cōtra regulā alias scri ptam. Nec moueat quenq̄z si tūc nō dicant ꝓpia de hīstoria **Dñe ne in ira** z̄. cū sint d psal mis sicut illa de feria. Si vero plixū fuerit tēp⁹ inter epipha niā z. lxx. ita q̄ in diebus dñi cis z alijs serijs vacātibus pos sint oēs dñice cōgrue celebra/ri: nō dicat de dñica in crasti/no octa. ꝓdicta: sed de scō feli/ce: z singulis serijs de singlis festis scīoz: exceptis. iij. serijs scz. iij. v. z sabbato q̄n fit ꝙme/moratio de scō wilfo: d apl'is z de dña: si fieri poterit cōpe/tenter. Si vero festum scōz

Fabiani ⁊ sebastiani in dñica
ꝯtigerit: ⁊ tempus fuerit ꝓli-
xum: ⁊ plures vel vna ex die-
bus dñicis ante .lxx. a festo .ix.
lectionū vacauerit: ita ꝙ ali-
quo die dñico possit celebra-
ri de officio dñicali: tunc dice
tur de martyribus suo die: ⁊ ꝺ
aliꝭ dñicis ordinetur dñicali
ter seu ferialiter dicendū ꝓut
cōgruentius fieri poterit. Qꝺ
si nulla alia dñica a festo vaca
uerit: in ipo die fiet de officio
dñicali: ⁊ ꝓoccupet festū: ⁊ fi-
et die sabbati ꝓcedenti. ¶ Fe-
stum vero agnetis: ⁊ vincētij
festū etiam si in dñica contige
rint q̄cunq; ante .lxx. semper
suis locis celebrent: siue tem-
pus fuerit ꝓlixum siue breue
Ratio est quia siue festū agne
tis siue festū Vincentij in dñi
ca ꝯtigerit: potest plene dici ꝺ
officio dñicali in dñica ꝓcedē
ti. Si vero inter octa. epiphie
⁊ .lxx. tēpus habundet: dñica-
lia officia suis locis dicant: et
de residuis post tria officia di
cta repetat offm **Adorate**. cuz
collectis epl̄is ⁊ euāgelijs in
missali denotatis. ¶ De me-
diis lectio. q̄ fient in dñica.

NOcauit ꝑ totū annum fit
generale quin omni dñi
ca quādo incipit hystoria nu-
q̄; erūt medie lectiones de se-
sto triū lectionum. Aliꝭ vero
dñicis q̄ cātat de dñica ⁊ nō
incipit hystoria: medie lectiō
nes erūt de sanctis si de eis ꝓ-
prie lectiōes habeant. Et q̄n-
cūq; occurrit festū alicui⁹ scti
triū lect. si de eo dici nō possit
fiat de eo mēo. ad vs̄ ⁊ ad ma
tu. ꝓter q̄; in cena dñi: ⁊ a die
illo vsq; ad diez sabbati in se-
ptimana pasche: ⁊ ꝓter in die
penthe. cū sex diebus sequen
tibus: ⁊ festo ascensionis ⁊ cor
poris xp̄i. ¶ De festo .ix. lect.
ad aliud sequente.

ET notandū ꝙ si in crasti
nō .ix. lec. aliud sequat festuz
ix. lect. in scōis vel. pōris festi
in q̄bus añe de laud. ꝓprie vel
cōes dicant sup psal. incipiet
ad cap. ꝺ scōo: ⁊ finient vespe
de eodē: ⁊ sequat mēo. de pri
mo: nisi primuz fuerit duplex
festū: q; nūc hēbit plene vltias
vs̄ suas: ⁊ fiet vñ mēo. de festo
sequēti. Eodē mō vt prius fi-
at de dñica si sequat festū .ix.
lec. excepto ꝙ si octa. assūptio
nis vel nati. in sabbo euenerit
nūc enī vltime vespe erunt de
octa. vt ibi notat: ⁊ excepto ꝙ
si incipiat aliq̄ hystoria ꝓcipua
nō dicant añe de laud. scī: cu-
ius festū ꝓcesserit sup psal. sed
añe **Benedictus**. ꝛc. nisi sit tale
festū ꝙ nō habuit primas vs̄

ꝓpter festum duplex quod ꝑ/
cesserit in feria.vj. tunc eni in
sabbato erunt vespere de san/
cto: ꝛ méoria de hystoria **De/**
to. Siquidē ꝛ **Adonay:** non
dicunt ꝓcipue: qz dependent
a **Si bonas** ñ ꝓpter eas non
omittit quin ad vespas in ea/
rum inceptione dicent añe ỏ
laudi. festi. ix. lect. in sabbato
ꝓcedenti: tamē in inceptōe il/
lax non sient medie lect. Alie
mūt omnes quasi ꝓcipue sunt
¶ Itē si duplex festum sequat
ad duplex: incipietur ỏ eo ad
capl'm in scōis vespis: vt ꝓ: dictuz est de festo simplici. ix.
lec. exceptis festis dupticibus
infra octa. natī. ꝛ festis epiphā
nie: ascēsionis dñi: ꝛ corporis
xp̄i: q̄ tria festa habebūt plene
vira q̄z vñs suas: licet aliud fe/
stum duplex ꝓcedat vel seq̄/
tur. ¶ Dñica. j. post octa. epi/
phanie sabbato ad vñs añ. **Bñ**
dictus. ℣. **Ipsum** ꝛc. Capl'm
Benedictus deus. ℟. **Deus**
qui sedes su. Hymnus. **O lux**
beata trinitas. ℣. **Uespertina**
oratio. In euange. añ. Fratres
existimo enim q̄ non sunt cō/
digne passiones huius tempo
ris ad futuram gloriam que
reuelabitur in vobis alleluia
V. ℣. **Magnificat.** Ant.
Ota quesumus domie
supplicantis populi celesti pi
etate ꝓsequere: vt que agēda
sūt videāt: ꝛ ad impleda que
viderint qualescāt. Per dñm
Ad cōpleto. añ. **Miserere.** ℣.
Cum inuocarem. Cap. **Tu in**
nobis. Hym. **Te lucis.** ℣. **Cu**
stodi nos. añ. **Salua nos dñe**
vigilātes: custodi nos dormi
entes: vt vigilemus cum xp̄o
ꝛ regescamus i pace. ℣. **Nūc**
dimit. Kyrie'. ꝛc. vt. ē. in ad/
uentu dñi ꝓnotat. Sic dicat
completo. vsq̄z ad. xl. ꝛ a festo
trinitatis vsq̄z ad aduentum
dñi: exceptis festis dupticib⁹
in q̄bus dicit ꝓut notat post
primas vñs in festo trinitatis:
ꝛ ꝑterq̄z qñ cantat de dña: ſ/
cut suis locis notat. Ad matu
ti. inuita. **Uenite exultemus**
dño. Jubilemus deo salutari
nr̄o. ℣. Preoccupemus ꝛc.
Hym. **Nocte surgentes.** in. j.
noc. añ. **Seruite dño.** Et scié/
dū q̄ ille añe dicunt sup psal/
mos nocturnales singulis die
bus dñicis q̄bus de dñica dī
vsq̄z ad. xl. ℣. **Btūs vir** cū ce
teris psal. sicut notant dñica
prima aduētus dñi. añ. **Bñe**
deus. añ. **Respice.** ℣. **Memor**
fui. ¶ Lectiones de epistolis
pauli ad romanos. Lectio. j.

PAulus seruus ie su xp̄i:
vocatus aplus: segrega/

tus in euangeliū dei qđ añ p̄
miserat p̄ pphetas suos i scri-
pturis sanctis de filio suo qui
factus ē ei ex semine dauid se
cundū carnē. Qui p̄destinat⁹
est filī⁹ dei in virtute scōm sp̄
ritū scīficatōis ex resurrectōe
mortuoꝝ iesu xp̄i dñi nr̄i. ℟.

OMnine ne in ira tua ar-
guas me: neq; in furore
tuo corripias me. ℣. Miserere mi
hi dñe qm̄ infirmus sum. ℣.
Timor⁹ t tremor venerūt sup
me: t p̄texerunt me tenebre t
Dixi. ℣. Miserere. Lcō. ij

Er quē accepimus grāz
t ap̄latuz ad obediendū fidei
in oībus gētibus p̄ noīe eius
in q̄bus estis t vos vocati ie-
su xp̄i oībus q̄ sunt rome dile
ctis dei vocatis sctis. Grā vo
bis t pax a deo p̄re nr̄o t dño
iesu xp̄o. ℟. Deus q̄ sedes sup
thronū t iudicas eq̄tatē: esto
refugiū paupe in tribulatōe
Quia tu solus laborē t dolo-
rem p̄sideras. ℣. Tibi eni dñe
derelictus ē paup: pupillo tu
eris adiutor. Quia. Lectio. ij

Testis eni mihi ē deus cui
seruio in spū meo in euā
gelio filij ei⁹ q̄ sine intermis-
sione memoriā vr̄i facio semp
in oronibus meis obsecrās si
quo mō tandē aliq̄n p̄sperū
iter habeā in volūtate dei ve-
niendi ad vos. Desidero vide
re vos vt aliq̄d impartiar vo-
bis gr̄e spiritalis ad firmādos
vos. ℟. A dextris ē mihi dño
ne cōmouear. Propter hō dila
tatū est cor meū. Et exultauit
lingua mea. ℣. Conserua me
dñe qm̄ speraui in te: dixi do-
mino deus meus es tu. Pro.
Glia. Et exul. In. ij. noct. añ.
Bonoz. añ. Inclina. añ. Dñs
firmamentū. ℣. Media nocte

Nolo aūt vos Leō. iiij
ignorare frēs: q̄r sepe p̄
posui venire ad vos: t p̄hibi-
tus sum vsq; adhuc vt aliquē
fructū habeā in vobis: sicut et
in ceteris gentibus. Grecis ac
barbaris: sapiētibus t insipiē
tibus debitor sū: ita q̄ in me
p̄mptū est: t vobis qui rome
estis euangelizare. ℟. Notas
mihi fecisti dñe vias vite: ad-
implebis me leticia cū vultu
tuo. Delectationes in dextera
tua vsq; in finē. ℣. Cōserua
vt sup: a Delectationes. L. V.

Non eni erubesco euan-
gelium. Virtus eni dei
est in salutē omni credenti: iu
deo p̄rimum t greco. Justicia
eni dei in eo revelat ex fide in
fidē: sicut scriptum est. Justus
aūt ex fide viuit. ℟. Diligam
te dñe virtus mea. Dñs firma
mentū meū t refugiū meum.

℣. Laudans inuocabo dñm ⁊ ab inimicis meis saluus ero. Reuelat Lcō. vj Dñs ira dei ☉ celo super omnē impietatē ⁊ iniusticiaz hominū eoz q veritatē dei in iniusticia detinēt: qz q notuz est dei manifestū ē illis. Deus enī illis manifestauit. Inuisibilia enī ipius a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta ꝯspiciunt. ℟. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius. Orbis terraz ⁊ vniuersi: Qui habitāt in eo. ℣. Ipe super maria fundauit euz: ⁊ sup flumina ꝑparauit eum. Orbis ter. Glia pa. Qui ba. In. iij. nocť. añ. Non sunt loql. añ. Exaudiat. Añ. Dñe in ℣tute. ℣. Exaltare domine. Scōm Lucam. In illo tempe: Cū factus esset iesus annoz duodecim: ascendēntbus illis hierosolymā scōm ꝯsuetudinē diei festi remāsit puer iesus in hierlm. Et trel. Omel. vene. be. pbēt. Quod xp̄s duodenus in medio doctoz sedit: audiēs ⁊ interrogans illos hūane ē humilitatis indiciū: immo etiā eximiū discende humilitatis exemplū. Dei quippe virtus ⁊ dei sapia que diuinitus loquit: Ego sapia habito in ꝯsilio: ⁊ eruditis intersum cogitatiōibus. ℟. Ad te dñe leuaui aiam meā. Deus meus in te ꝯfido nō erubescaz. ℣. Neqz irrideāt me inimici mei: etenī vniuersi q sustinent te nō ꝯfundent. Deus At bñ qui iuuenis erat doctrine subiturus officiū puulus adhuc seniores audit ⁊ interrogat vt videlicet eoz ꝓuida dispēsatione cōpescat audaciā: q uon solum indocti: sed etiam ipubes ad docendū ꝓrumpe: magis q̄z ad discendū volūt submitti. ℟. Audiā dñe vocē laudis tue. Et enarrem vniuersa mirabilia tua. ℣. Dñe dilexi decorē domus tue: ⁊ locū habitatiōis glie tue. Et. Lcō. ix. Ne aūt aliqs putet dñm ob impitie necessitatez adisse: audisseqz vl̄ introgasse magros: audiat qd sequat: Stupebāt aūt oēs sup p̄udētia: ⁊ rñsis eius. Quia igit iesus verus deus ⁊ verus homo erat: ad ostendēdum: quia homo erat: homines magistros audiebat: ad cōprobandū qz deus erat: eisdē loquentibus sublimit respōdebat. Quod aūt mr̄i rñdit Nesciebat qz i hijs q̄ p̄is mei ⁊c. diuie hoc maiestatis indiciū fuit. De q̄ alibi ait. Dia quecūqz habet

pater:mea sunt. ℟. Abscondi tanq̃ aurũ pctã mea ꝛ celaui in sinu meo iniquitatẽ meã. ℣. Miserere mei deus scõm ma guam misericordiã tuam. ℣. Qm̃ iniqtatẽ meã ego agno/sco:ꝛ delictum meum contra me est semp:tibi soli peccaui. Miserere. Gl'a pa. Miserere p̃s Te deũ lauda. ℣ Excelsus sup oẽs gentes dñs. Et sup ce los gl'ia eius. In laudibus añ. Regnauit. p̃s Dñs regnauit ꝛc. Cap̃ Bñdictio ꝛ claritas ℍymn. Ecce iã noctis. ℣ Dñs regnauit. vt. ã. in psalterio. In euang. añ. Fili quid fecisti nobis sic:ego ꝛ pr̃ tuus dolentes querebamus te: ꝛ quid est q̃ me querebatis:nesciebatis q̃r in his q̃ patris mei sunt opor tet me esse. p̃s Bñdict⁹. Dio Uota quesumus. ¶ Et notan dum q̃ hymni O lux btã tri/nitas: Nocte surgentes: et Ec ce iam noctis: sicut ponit hac dñica dicant dieb⁹ dñicis vs/q̃z ad. lxx. ꝛ a Deus omnium vsq̃z ad primã dñicã k̃l. augu sti. Uersi. sup nocturnũ: cap̃. ꝛ verficuli ad laudes vsq̃z ad q̃dragesimam: ꝛ a Deus om/nium vsq̃z ad aduentum dñi: Uersiculi ante laudes: ꝛ alie super laudes vsq̃z ad. lxx. ꝛ a Deus omnium vsq̃z ad aduẽ tum domini: quando de dñi/ca dicitur. Ad p:mã hym Jã lucis. añ Dñs regit. p̃s Deus deus meꝰ respice. ꝛc. vt in pri ma dñica aduẽtus. Ad. iij. añ. Da mihi. Cap̃ Sana me do/mine. ℟ Inclina. ℣. Auerte. Gl'ia pa. Inclina. ℣ Ego dixi Dio Uota quesumus. Ad. vj añ Adiuua me. Cap̃. Omis autem pbate. ℟. In eternum dñe. ℣. In celo. ℣. Dominꝰ re git. Oratio vt supra. Ad. ix. añ Aspice in me. Cap̃. Alter alte rius. ℟ Clamaui. ℣. Justificatiões. ℣ Ab occultis. Oratio utã. Iste hore dicant hoc mo do diebus dñicis vsq̃z ad. lxx tm̃ añ de dñica agitur. Ad vs añ. Dixit dñs. p̃s. Ipsum ꝛc. Cap̃. Dñs aũt dirigat. ℍymn. Lucis creator. ℣. Dirigat do mine. Querant omnia ista p̃/dicta in psalterio. In euange. añ. Puer iesus p̃ficiebat eta/te ꝛ sapientia apud deũ ꝛ ho/mines. p̃s Magt. Oratio vt supra. Singulis feriis vsq̃z. lxx. sanctoꝝ festiui. nõ habentibus p̃ter sabbatum quando ỏ sancta maria: ꝛ diem martis q̃n de sancto will'o: ꝛ p̃ter feriam quintã quãdo de aplis dicet cantabit de ferialibus: ꝛ legetur de ep̃lis pauli: nisi fiat de dñica aliq̃ in tali feria. ¶ Fe/

ria. ꝙ. inuitato. Uenite exultemus dño. ps. Jubilemus deo tẽ. Hym. Sõpno refect. In nocturno añ. Dñs defensor. ps. Dñs illuminatio tẽ. Ad matu. z horas p̃ter ℟ia ad matutinas: querant̃ in psalterio et sic de singulis feriis sequentibus. ℣. Dñe in celo. ℟ia ferialia. i. ℟. Quã magna multitudo dulcedinis tue domine: Quã abscondisti timẽtibus te ℣. Perfecisti eis qui sperant in te in̄spectu filiorꝫ hominũ Quã. ij. ℟iũ. Benedicã dñm in omni tpe. Semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabit̃ anima mea: audiãt mãsueti z letent̃. Semp. iij. ℟iũ. Delectare in dño Et dabit tibi petitiones cordis tui. ℣. Reuela dño viã tuã: z spera in eo: z ipe faciet. Et. Glia. Et. ℣. Fiat misericordia tua. In laudi. añ. Miserere. ps. Jhm. tẽ vt in psalterio. Cap. Uigilate er Hym. Splendor paterne. ℣. In matutinis dñe. In euã. añ Benedictus. ps. Jhm. Kyrieleison tẽ. vt i psalterio. Dño dñicalis. Ad primã añ. Deus exaudi. ps. Deus in noie. ps. Beati imacula. ps. Retribue Sup psal. Quicũq; vult añia de trinitate ꝯtingẽs feriaz. ℟. Jhu xpe. ℣. Qui sedes tẽ. Ad tertiã añ. Da mihi intellectũ. ps. Legezpo. Cap. Sana me dñe. ℟. Sana aiaz. ℣. Ego dixi. ℣. Adiuto: me⁹. Kyriel. ces tẽ. vt s. Dño dñicalis ad oẽs horas. Ad. vj. añ Adiuua me. ps. Defecit. Cap. Dia ãt pba. ℟. Bñdicã dñm. ℣. Splaus. ℣. Dñs regit tẽ. Ad. ix. añ. Aspice in me. ps. Mirabilia. Cap. Alter alteri⁹ ℟. Redime me. ℣. Des eni meus. ℣ Ab occultis. Hoc nõ dicant̃ hore in omnibus feriis vsq; ad lxx. z a De⁹ oiuz vsq; ad aduẽ tũ dñi qñ de feria agit: siue ꝯ dñica ferialiter. Antiphõe ãt dicende sunt vsq; ad diẽ cineꝝ rum. Adv̄s añ Inclinauit. ps. Dilexi tẽ. vt i psalterio. Feria. ij. ad matu. inuita. Jubilemus deo. ps. Uenite. Hym. Lõsors p̃ni lu In noc. añ Ut nõ delinquã. ps. Dixi custodiã tẽ. ℣. Immola deo sa. i. ℟ Aurib⁹ pcipe dñe lachrymas meas. Ne sileas a me remitte mihi qñ icola ego sũ apud te z pegrin⁹. ℣. Dixi custodiãvias meas vt nõ delinquam in liugua mea. Ne sileas. ij. ℟iũ Statuit dñs sup̃ petrã pedes meos z direxit gressus meos deus me⁹. Et imisit in os meum canticũ nouum. ℣. Expectans expectaui dñm z respe/

ple mea: expandit deprecatio-
nem meam. Et inmisit. iij. ℟.
Ego dixi dñe miserere mei.
Sana aiam meā qz peccaui
tibi. ℣. Dñe in ira tua arguas
me neq; in furore tuo corripi
as me. Sana. Glia. Sana. ℣.
Fiat misericordia tua. In laud
añ. Scdm magnā. ps. Mise-
rere. z cętera vt in psalterio.
Ad horas vt ś. Feria. ij. Ad
vesp. añ. In domū. ps. Letat⁹
zc. vt i psalterio. ¶ Feria. iij.
Ad matu. inuit. In manu tua
ps. Venite. Hym. Rerū crea
tor. In. nocł. añ Auertet dñs
ps. Dixit iniq́s zc. ℟. Deus
vitam. Primū ℟. Paratū
cor meū de⁹ paratū cor meū.
Cantabo z psalmū dicam do
mino. ℣. Exurge gloria mea
exurge psalteriū z cythara ex
urgā diluculo. Cātabo. ij. ℟.
Adiutor meus tibi psallā qz
de⁹ susceptor me⁹ es. De⁹ me-
us misericordia mea. ℣. Eri-
pe me de inimicis meis deus
me⁹ z abi surgētib⁹ in me libe
ra me. Deus me⁹. iij. ℟. Exau
di deus depcationē meā inté
de oratoni mee. A finibus terre
ad te clamaui dñe. ℣. Dū an-
xiaret cor meū in petra exal-
tasti me deduxisti me. A fini-
bus. Glia. A fi. ℣. Fiat miseri
cordia tua. In laud. añ. Am-
plius laua. ps. Miserere zc.
vt in psalterio. Ad horas vt ś
Ad vespas. añ. Btūs vir. ps.
Nisi dñs edi. zc. vt in psalte-
rio. ¶ Feria. v. Ad matu. inui-
ta. Adorem⁹ dñm. ps. Venite
Hym. Nox atra rep. In. nocł
añ. Dñe de⁹ i adiuto. ps. Sal-
uū me fac zc. ℣. Gaudebunt
labia. j. ℟. iū. Repleat os meū
laude vt hymnū dicā glie tue
tota die magnificētie tue noli
me pjcere in tpe senectutis.
Cū defecerit virt⁹ mea deus
ne derelinquas me. ℣. Gaude-
bunt labia mea dum cantaue
ro tibi z aia mea quā redemi
sti. Cū. ij. ℟. Gaudebūt labia
mea dū cātauero tibi. Et aia
mea quā redemisti dñe ℣. Sz
z lingua mea meditabit iusti
ciam tuam tota die laudē tuā
Et aia. iij. ℟. Mihi aūt adhe-
rere deo bonū est. Ponere in
dño deo spē meā. ℣. Ut annū
ciem oēs pdicationes tuas in
portis filie syō. Ponere. Glo-
ria. Ponere. ℣. Fiat misericor-
dia. In laud. añ. Tibi soli. ps.
Miserere. zc vt in psalterio.
Ad horas vt supra. Ad vesp.
añ. Eccl̄s. ps. Memento zc.
vt in psalterio ¶ Feria. vj. Ad
matuti. inuita. Dñm q fecit.
ps Venite. Hym. Tu trinita-
tis. In nocł. añ. Exultate. ps

ipm. ℣. Intret oro. i. ℟. iū. Cō fitebor tibi dñe deus in toto corde meo ⁊ honorificabo nomen tuū in eternū Quia misericordia tua dñe magna ē sup me ℣. Et eruisti aiam meā ex inferno inferiori. Quia. ij. ℟. iū. Misericordia tua dñe magna ē sup me. Et liberasti aiam meā ex inferno inferiori. ℣. Deus iniq insurrexerūt in me: ⁊ fortes quesierūt aiam meā. Et. ij. ℟. iū. Factus est mihi dñs in refugium. Et deus meus ī auxiliū spei mee ℣. Deus vltionū dñs: deus vltionū libere egit. Et. Glia. Et ℣. Fiat misericordia. In laud añ. Sacrificiū deo. ps. Miserere ⁊c. vt in psalterio. Ad horas vt. s. Ad vs añ. In conspectu. ps. Cōfitebor ⁊c. vt i psalterio. ¶ Sabbato ad matu. inuitato. Dñm deum. ps. Uenite. Hym. Sume deus clemē. In noc. añ Quia mirabil. ps. Cantate. ij. ℣. Domie exaudi i. ℟. iū. Misericordiā ⁊ iudicium cātabo tibi dñe. Psallā ⁊ intelligā in via immaculata qñ venies ad me. ℣. Deram bulabam in innocētia cordis mei: ī medio dom⁹ mee. Psallam. ij. ℟. iū. Dñe exaudi oro nē meā: ⁊ clamor meus ad te p ueniat. Quia nō spernis de⁹ p

ces paupē ℣. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. ℣. ij. ℟. Uelociter exaudi me dñe. Quia defecerūt sicut fumus dies mei. ℣. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sicut fenum arui. Quia. Glia. Quia. ℣. Fiat misericordia tua. In laud. añi Benigne. ps. Mibere ⁊c. vt in psalterio. Ad horas vt sup. ¶ Suprādictus ordo feriarū de inuitatorio seruet in oibus ferijs vsq ad cenā dñi: ⁊ a Deus omniū vsq ad aduētū dñi De añis vero cū suis psal. ad vs ⁊ ad matu. in noctur. p totum annū extra tēpus paschale. De hym. ⁊ ℣ficulis ad matu, ⁊ ad vs a Dñe ne in ira vsq ad. xl. ⁊ a Deus omniū vsq ad aduentū dñi. De añis aut in laud. fit p totum annū extra tempus paschale: ⁊ nisi in tertia hebda aduentus dñi: et prima hebda añ pascha. De ℟ijs vero ad matu. a Dñe ne in ira: vsq ad. lxx. tm̄. De añis aut sup psal. Benedictus ⁊ Magnificat vsq ad. lxx. ⁊ a Deus omniū: vsq ad aduētum dñi qñ nō agit de dñica ferialiter Et si aliq̄ festū in aliq̄ p̄dictarū feriarū ꝓtigerit: nihilominꝰ ordo feriarū de inuitato. añis psal. ⁊ ℣si. in noc. ⁊ ℟ijs añis ⁊

psal. in laudibus ꝛ añis super psal. **Benedictus** et **Mꝫt** seruet de sequẽti feria. ¶ De exequijs mortuoꝝ p totũ annũ.

Fiat seruitium mortuorum p totum annum in conuentu: exceptis diebus dominicis ꝛ festis duplicibus tã vigilijs q̃z diebus: ꝛ omnibus festis. ix. lect. ꝛ exceptis octauis p̃cipuis: ꝛ diebus in quibus sit seruitium cum regimine chori: ꝛ exceptis diebus a die qua incipit **O sapia:** vsq; ad octauas epiphanie: ꝛ a feria quarta ante paschа vsq; in crastinum sancte trinitatis: nisi obit⁹ acciderit specialis. In paschali, tamen tempe si obitus specialis vel anniuersarium euenerit: semp fiet cũ tribus lec. tñi. ¶ Notandum vero q̃ in omnibus festis. ix. lec. tam duplicibus q̃z simplicib⁹ ꝛ diebus alijs quibus **Placebo** et **Dirige** non dicit in conuentu: debet hebdomadarius matricis ecclie priuatim p se ante vesp̃as sicut debent omnes capellani totius p̃incie: parrochiales ecclias regẽtes exequias mortuoꝝ cum trib⁹ lectionibus complere. Capellanus aũt parrochialis in ecclesijs vbi est carẽtia alterius sacerdotis: etiã p obitu in diebus dñicis ꝛ festis. ix. lec. duplicibus siue simplicibus nõ debet missam p defunctis celebrare. Sed celebret missam put seruitũ dieꝝ requirit. Si aũt p corpe p̃nti celebradum fuerit ꝛ talis p̃sona sit mortua qđ liceat ꝛ deceat bis eođẽ die celebrare: in p̃ma missa non debet sumere resinceratones calicis: sed ponere eas in alio calice si habeat. Si naũt ponãtur in alio vase mundo: ꝛ post resinceratões vltie misse sumptas: reponant p̃me in calicẽ ꝛ sumant. ¶ Dñica. ij. post octa. epiphanie ad vs̃ aĩ. **Benedictus.** ãs. **Jpm** ꝛc. Capm **Bñdictus de⁹** Hymn⁹. **O lux btã tri.** ℟. **Uespertina oro.** In euãge. aĩ **Frés** ꝓportamini in gr̃a dei que ẽ in xp̃o iesu dño nr̃o alla ps. **Mꝫt.** Oro.

Oms sempiterne deus qui celestia simul ꝛ terrena moderaris: supplicationes ppli tui clemẽter exaudi: ꝛ pacem tuam nostris ꝛcede temp̃ibus Per dñm. Ad matut. multa. hymni añe psal. versi. ꝛ R̃ia sicut in p̃cedẽti dominica: ꝛ fiat omnibus dominicis vsq; ad septuagesimam quãdo de dominica agit. Lectiones de

Epl̃is pauli ad Corinth.

Paulus vocatus Ca. j.

apls p voluntatē dei ⁊ Sosthenes frater eccle que ē corinthi sanctificatis in xpo iesu vocatis scis cū oibus qui inuocant nomē dñi nr̄i iesu xpi in oi loco ipor̄ ⁊ nostro. Gra vobis ⁊ pax a deo p̄e nr̄o ⁊ dño Jesu xpo. Scis vt in dñica p̄cedēti.

Gratias ago deo Lcō.ij meo semp p vob in gr̄a que data ē vobis in xpo iesu. Quia in omibus diuites facti estis in illo: in oi verbo: ⁊ in oi scia: sicut testimoniū xpi ꝓfirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gr̄a: expectātibus reuelationem dñi nostri iesu xpi: qui ⁊ cōfirmabit vos vsq; in finē sine crimie in die aduentus dñi nostri iesu christi. Lectio.iij.

Fidelis deus p quē vocati estis in societatem filij eius iesu xpi dñi nostri. Obsecro autem vos fratres p nomē domini nostri iesu xpi: vt idipm dicatis omnes: ⁊ nō sint in vobis scismata: sitis autez ꝓfecti in eodem sensu ⁊ in eadē scia.

Significatū est Lcō.iij mihi de vobis frēs mei ab his qui sunt cloes: quia cōtentiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod vnusquisq; vestrum dicit: Ego quidē suz pauli: ego autē apollo: ego vero cephe: ego autem xpi. L.v.

Diuisus est ergo christus nunquid paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine pauli baptizati estis? Gratias ago deo q neminem vestrum baptizaui: nisi crispum ⁊ gaiū: ne quis dicat q in nomine meo baptizati esti. L.vj

Baptizaui autem ⁊ Stephani domum: ceteruz nescio si quem alium vestruz baptizauerim. Non enim misit me christus baptizare: sed euangelizare: nō in sapientia verbi: vt nō euacuet crux christi. Verbum enim crucis pe⁊ tibus quidem stultitia: his q salui facti siūt: id est nobis virtus dei est. Scōm iohannem.

In illo tempore: Nuptie facte sunt i chana galilee ⁊ erat mater iesu ibi. Et reliq̄. Ome. venerabilis bede ꝓsbr̄ Oscū/ teri. Lectio.vij.

Obente itaq; fratres dño ad nuptias vinū defecit: vt melioze vino p ipm mirabili oz/dine facto manifestaret gl̄a in hoie latētis dei: ⁊ credētiū in eū fides ꝓficeret. Qd̄ dicit qd mihi ⁊ tibi est mulier: significat nō se diuinitatis p̄ncipiū: q̄ miracula erat facturus tēpaliter accepisse d̄ mr̄e: sz etnitatē sp habuisse de p̄e. Lcō.vij

NOndū inquit venit hora mea: vt fragilitatē sūpte humanitatis exprimē: moriēdo demonstrē. Prius ē: vt potentiam eterne deitatis virtutes opando patefaciaz. Venit ergo hora fratres: vt quid sibi ꝙ matri cōmune esset deprehenderet: cū eā moriturus in cruce discipulo virgini: matrē virgini cōmendare curauit. L. ix.

HAbrie aūt frēs: sunt vasa aquaꝝ receptui parata. Grece enī aq̄: ydor nominat. Aqua aūt scripture sacre sciaz designat: que suos auditores ꝙ a pctoꝝ sordē abluere: ꝙ diuine cognitiōis solet fonte potare. Vasa vero in quibus cōtinebat aq̄: corda sunt deuota scoꝝ. In euāge. añ. Nuptie facte sūt in chana galilee: ꝙ erat ibi iesus cū maria mr̄e ei⁹. ps. Benedictus. cū oratione Omps sempiterne de⁹. Ad vs̄ in euāge. añ. Deficiēte vino iussit iesus implere hydrias aq̄: que i vinū ꝓuersa ē alsa. ps. Magt. Dio vt. ā. ℂ Dñica. iij. sabbo ad vs̄ in euāge. añ. Maneant in vobis: spes: fides: charitas tria hec: maior aūt his ē charitas. ps. Magt. Oratio.

OMps sempiterne deus infirmitatē nr̄am ꝓpicius respice: atq; ad ꝓtegendū nos dexterā tue maiestatis extende. Per dñm. Cetera vt in dominica prima. Lectio de epistolis pauli ad corinth. ij. L. i.

PAulus apl's iesu xp̄i per voluntatē dei: ꝙ timotheus frater eccl'ie dei q̄ est chorinthi: cū sctis oibus qui sunt in vniuersa achaia: Gratia vob ꝙ pax a deo patre nr̄o ꝙ domino ihesu christo. Lcō. ij.

BEnedictus deus ꝙ pater dñi nr̄i iesu xp̄i: p̄ mīsericordiarū: ꝙ deus toti⁹ ꝙsolatiōis q ꝙsolat nos in oi tribulatione nr̄a: vt possimus ꝙ ip̄i ꝙsolari eos q in omi p̄ssura sunt p exhortationē qua exhortamur ꝙ ip̄i a deo. Lectio. iij

QVoniā sicut habundāt passiones xp̄i in nobis: ita ꝙ p xp̄m habūdat ꝙsolatio nostra. Siue autē tribulamur p nr̄a exhortatiōe: siue exhortamur p nostra exhortatiōe ꝙ salute: que opat tollerantiā earūdē passionū q̄s ꝙ nos patimur vt spes nr̄a firma sit p vob. L. iij

SCiētes quoniā sicut socij passionū estis: sic eritis ꝙ ꝙsolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra que facta est in asia: qm̄ supra modū ḡuati sumus ꝙ sup virtutē: ita vt tederet nos etiā viuere. L. v

Sed ipi in nobiſipſis re/
ſpóſuz mortis habuim⁹
vt nō ſimus fidētes in nobis:
ſed in dño q ſuſcitat mortuos
qui de tantis piculis eripuit
nos in quo ſperamus. Lcō. vj
Quoniā adhuc eripiet
adiuuātibus vobis in
orionibus p nobis: vt ex mul/
taz pſonis faciez eius que no
bis eſt donatōis p multos gra
tie agant p nobis. Mā gloria
noſtra hec é teſtimoniū ꝓſciē/
tie nře q in ſimplicitate ſyn
ceritate dei: ſ nō i ſapia carna
li. Scōm Matthēum.
In illo tempe: Cū deſcen
diſſet Jeſus de monte: ſecute
ſunt eū turbe multe. Et ecce le
proſus veniens adorabat eū
dicens: Dñe ſi vis potes me
mūdare. Et rel. Omel. Orige
nis doctoris. Lectio. vij
Deſcendente dño de mō/
te: hoc eſt inclināte ſe ad hūa/
nitatem: ecce homo leproſus
vnus ex illis qui curationem
querebant: qui leuamen deſi
derabāt: adorabat eum dicēs
Domine ſi vis potes me mū/
dare. Tu. Lectio. viij.
Tu domine inquit digne
adorāris: qui merito cōleris:
te ego vt dominū adoro: ideo
q ſ dominum dico: opa p̄ſus
conteſtās: ſ ſic verba loquēs:
Per te enim omnia facta ſunt
Tu ergo domine ſi vis potes
me mundare. Voluntas tua
opus eſt: quia ſ opera volun/
tati tue obediunt: ideoq ſi vis
potes me mundare. Lcō. ix.
Respondit autem domi/
nus leproſo: Confiteris
quia ego poſſum. profiteris:
quia ſi ego volo fit: ideoq vo
lo. Mundare. Voluntate pre
caris: potentiā confiteris: vo/
lo mundare. Magnifice cre/
dis: magnifice et mundaris.
Pleniſſime confiteris: pleniſ
ſime letificaris: volo munda/
re. In euangelio añ. Cū deſcē
diſſet ieſus de monte: ecce le/
proſus veniens adorabat eū
dicēs: domine ſi vis potes me
mundare: ſ extendens Jeſus
manum tetigit eum dicēs: vo
lo mundare alleluia. ꝑ. Be/
nedictus. Cetera ad matutinas
ſ horas vt in prima dominica
cum oratione: Omnipotens
ſempiterne deus infirmitatē.
Ad veſperas in euangel. añ.
Domine puer meus iacet pa/
raliticus in domo ſ male tor/
quetur: amen dico tibi ego ve
niam ſ curabo eum. ꝑ. Dñi
Oratio vt ſupra. Lectiones
de feria. Lectio prima.
Dei enim filius ieſus xp̄s
qui in vobis p nos p̄dicatus é

per me ⁊ siluanum ⁊ timothe
um non fuit in illo est: et non
sed est: in illo fuit. Quotquot
eni promissiones dei sunt: in il/
lo est: Jdeo ⁊ per ipm dicim⁹
amen deo ad gloriā nostram.

QUi aūt con Lectio.ij.
firmat vos nobiscuz in
xpo qui ⁊ vnxit vos deus est ⁊
q signauit vos ⁊ dedit pignus
spūs in cordib⁹ vestris. Ego
aūt testē deuz inoco in animā
meaz quia parcēs vobis non
veni vltra corinthuz Lctō.iij.

NOn quia dñamur fidei
vestre: sed adiutores su
mus gaudij vri. Nam fide sta
tis. Statuim aūt hoc ipm apd
me ne iterū in tristiciā venirē
ad vos. Si eni ego contristo
vos: quis est qui me letificet
nisi q cōtristat ex me. ¶ Do/
minica.iiij. Sabbato. Ad vē.
In euāge.aij. Fratres glorifi
cate ⁊ portate dñm in corpore
vestro alla. ps. Mgt. Oratio

DEus qui nos in tantis
periculis cstitutos pro
humana scis fragilitate non
posse subsistere: da nob salutē
mētis ⁊ corpis: vt ea que pro
pctis nris patimur te adiuuā
te vincam⁹. per dñm. Letera
vt.ā. Lctō de aplis pauli ad

PAulus Galla.Lcō.j.
apls nō ab hoib⁹ neq; p
hoiez sed per iesum xpm ⁊ de
um patrē qui suscitauit euz
a mortuis: ⁊ q mecū sunt oēs
fratres ecclijs galathie. Le.ij.

GRatia vobis ⁊ pax a do
patre ⁊ dño nostro iesu
xpo qui dedit semetipm pro
peccatis nostris: vt eripet nos
de pñti seculo nequā: scdz vo
luntatē dei et patris nri cui ē
glia in scla scloz amē. Lec.iij.

MIror q sic tācito trāsfer
rimini ab eo q vos vo/
cauit in gratiam xpi in aliud
euangelium: non qd est aliud
nisi sunt aliqui qui vos cōtur
bant: ⁊ volūt conuertere euā/
geliū xpi. Sed licet nos vl'an
gelus de celo euāgelizet vob
pter q euāgelizauim⁹ vobis
anathema sit. Lec.iiij.

MOdo eni hoib⁹ suadeo
aut deo: aut quero hoib⁹ pla/
cere? Si adhuc hoibus place
rem: xpi ꝑuus non essem. No
tum eniz vobis facio fratres
euangeliū qd euangelizatū ē
a me quia nō ē scdm hominē.

NEq; eni ab hoie L.v.
ego accepi illd neq; di
dici: sz p reuelationē iesu xpi.
Audistis eni conuersationē meā
aliqñ in iudaismo qm supra
modū psequebar eccliam dei ⁊
expugnabā illā. Lec.vj.

UUm autem placuit ei q

segregauit me de vtero matris mee: et vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni et sanguini: neque veni hierosolimam ad antecessores meos apl'os: sed abij in arabiam et iterum reuersus sum damascum. Scom sanctum Matheum.

IN illo tpe: Ascendente ieshu in naviculam: secuti sunt eum discipli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari. Et re

Omelia. Origenis doctoris.

INgressus ergo Lec. vij. naviculam dns fratres: fecit mare turbari. Commouit ventos: concitauit fluctus. Cur hoc? Ideo vt discipl'os mitteret in timorem: et sui auxilium postularet: suamque potentiam rogantibus manifestaret. L. viij.

DOminus ihs inqt euangelista dormiebat Dormiebat quidem corpe: sed vigilabat deitate. Dormiebat ihs corpe: deitate ihs concitabat mare: et iterum deplacabat. Ipse qui dormiebat: illud verbum sanctum dicit. Ego dormio: et cor meum vigilat. Lcio. ix.

AD quem accedentes discipuli: suscitabant eum dicentes. Domine: salua nos perimus, Tanto fuerant metu perterriti: et pene animo alienati: vt irruerent in eum: et non modeste aut leuiter suggererent: sed turbulenter suscitarent eum dicentes: Domine salua nos perimus. In euang. aiam. Ascendente ihesu in naviculam: ecce motus magnus factus est in mari: et suscitauerunt eum discipuli eius dicentes: domine salua nos. ps. Benedictus. Cetera ad matutinas et horas vt in prima dominica: cum oratione: Deus qui nos in tantis peri. Ad vesperas in euangelio aiam. Dixit ihesus discipulis suis quid timidi estis modice fidei: tunc surgens imperauit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. ps. Magnificat. Oratio vt supra. Cle ctiones feriales. Lectio prima.

DEinde post annos tres veni hierosolymam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindeci. Aliud autem apl'orum neminem vidi nisi iacobum fratrem dni. Que autem scribo vobis: ecce coram deo: quia non mentior.

DEinde veni Lectio. ij. in partes syrie et cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudee que erant in xpo Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequebat nos aliquando nunc autem euangelizat fidem

quaz aliqñ expugnabat: et in me clarificabát deum. Le. iij

Deinde post annos quatuordecim: iterū ascēdi hierosolimā cū barnaba assūpto et tito. Ascēdi aūt scōm reuelationē dñi: z contuli cū illis euāgeliū quod predico in gentib⁹ Jtē lcō. ō feria. Lcō. j.

Sed neqz titus qui mecū erat cū esset gentilis cōpulsus est circūcidi sed ꝓpter introductos falsos fratres: qui subintrauerūt explorare libertatē nr̄am quā habemus in xpo ieſu vt nos i ꝑuitutē redi

Quibus Lectio. ij. gerēt. neqz ad horaz cessimus subiectioni: vt veritas euāgelij ꝑmaneat apud vos. Ab his aūt qui videbant esse aliquid quales aliquādo fuerit nihil mea interest. Lectio tertia.

Deus aūt ꝑsonā hois nō accipit. Mihi aūt qui videbant aliqd esse: nihil contulerūt. Sed econtra cū vidissent qz creditū est mihi euāgeliū ꝓpucy sicut z petro circūcisionis. Qui enim operat⁹ est petro in apl̄atū circūcisionis: operatus est et mihi inter gētes

Dñica .v. Sabbato. Ad vel. In euange. añ. Fratres: pfecti estote pacē habete z deus dilectionis z pacis erit vobiscū

et letabor in misericordia tua Quoniã respexisti humilitatem meã: saluasti de necessitatibus animã meã. Nec cõclusisti me in manibus inimici statuisti i loco spacioso pedes meos. Miserere mei dñe qm tribulor: conturbat⁹ est in ira oculus meus aia mea et venter meus. Quoniã defecit in dolore vita mea: et anni mei i gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos fact⁹ sum obprobriũ: vicinis meis valde timor notis meis. Qui videbant me foras fugierunt a me: obliuioni datus sum tãq̃ mortuus a corde. Factus sum tanq̃ vas perditum: qm audiui vituperationẽ multorũ cõmorantium in circuitu. In eo dũ conuenirent simul aduersum me: accipere aiam meã consiliati sunt. Ego aũt in te speraui dñe: dixi de⁹ meus es tu: in manibus tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicorũ meorũ: et a persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruũ tuum saluũ me fac in misericordia tua: dñe non confundar qm inuocaui te. Erubescant impĩ et deducantur in infernũ: muta fiãt labia dolosa. Que loquuntur aduersus iustum iniquitatez: in superbia et in abusione. Quã magna multitudo dulcedinis tue domine: quaz abscondisti timẽtib⁹ te. Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorũ hominũ. Abscondes eos in abscondito faciei tue: a cõturbatione hominũ. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarũ. Benedictus dñs: qm mirificauit misericordiã suã mihi in ciuitate munita. Ego autẽ dixi in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorũz tuorum Tu deo exaudisti vocẽ orationis mee: dum clamarẽ ad te. Diligite dñm omnes sancti eius qm veritatem requiret dñs: et retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite et confortetur cor vestrũ: oẽs qui speratis in domino.

Beati quorũ remisse sunt iniquitates: et quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Qm tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua:

Psalmus.

conuersus sum in erumpna mea dū configit spina. Delictum meū cognitū tibi feci: et iniusticiam meā nō abscondi Dixi confitebor aduersū me iniusticiā meā dño: & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis scūs: in tpe opportuno. Verū tamē in diluuio aquaꝝ multarum: ad eū nō approximabunt. Tu es refugiū meū a tribulatione que circuudedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me. Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus: quib⁹ non est intellectus. In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui nō approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantē aūt in dño misericordia circūdabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omēs recti corde. Ah In tua iusticia libera me dñe. Psal⁹

Exultate iusti i domino: rectos decet collaudatio Confitemini dño in cythara: in psalterio decem cordaꝝ psallite illi. Cantate ei canticum nouū: bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbū dñi: & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiaz et iudiciū: misericordia dñi plena est terra. Verbo dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dominū omis terra: ab eo autē cōmoueant omnes inhabitātes orbē. Quoniā ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Dominꝰ dissipat consilia gentiū: reprobat aūt cogitationes populorū: & reprobat consilia principum. Consiliū autē dñi in eternū manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationē. Beata gens cuiꝰ est dominus deus eius: pplꝰ quez elegit in hereditatē sibi. De celo respexit dñs: vidit omēs filios hominū. De preparato habitaculo suo: respexit super oēs qui habitant terram. Qui finxit sigillatī corda eorū: qui intelligit oia opera eoruz. Non saluatur rex p multā virtutē: & gygas nō saluabitur in multitudine virtutis sue Fallax equꝰ ad salutē: in abūdantia autez virtutis sue non saluabitur. Ecce oculi dñi super metuentes eū: & in eis qui

sperãt super misericordia ei⁹. Ut eruat a morte aias eorũ: et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dñm: quoniaz adiutor ⁊ protector noster est. Quia i eo letabit cor nostrũ: et in noie sancto eius sperabimus. Fiat misericordia tua dñe super nos: quẽadmoduz sperauimus in te. Psalmus.

Benedicã dñm in oi tpe: semp laus ei⁹ i ore meo In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti ⁊ letẽtur. Magnificate dñm mecũ: ⁊ exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dñm et exaudiuit me: ⁊ ex omnib⁹ tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eũ et illuminamini: ⁊ facies vestre nõ cõfundent. Iste pauper clamauit ⁊ dñs exaudiuit eũ: et ex oibus tribulationibus ei⁹ saluauit eũ. Immittet angelus dñi in circuitu timentiuz eũ: ⁊ eripiet eos. Gustate ⁊ videte quoniaz suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Timete dñm oẽs sancti eius: quoniã nõ est inopia timentibus eũ. Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autẽ dñm nõ minuentur oi bono. Uenite filij audite me: timorẽ dñi docebo vos. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Prohibe liguã tuaz a malo: ⁊ labia tua ne loquant dolũ. Diuerte a malo ⁊ fac bonũ: inquire pacẽ ⁊ persequere eã. Oculi dñi super iustos: et aures eius in preces eorũ. Vultus autẽ dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriã eorum. Clamauerunt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oibus tribulationibus eoz liberauit eos Iuxta est dñs bijs qui tribulato sunt corde: ⁊ humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustoz: ⁊ de oibus bijs liberabit eos dñs. Custodit dñs oia ossa eoz: vnũ ex bijs non conteretur. Mors peccatoz pessima: ⁊ qui oderunt iustum delinquent. Redimet dñs aias seruoz suoz: et non delinquent oẽs qui sperant i eo. An. Rectos decet collau-

Iudi Psalmus. datio. ca dñe nocentes me: expugna ipugnantes me. Apprehẽde arma ⁊ scutũ: ⁊ exurge i adiutoriũ mihi. Effũde frameã ⁊ conclude aduersus eos qui persequunt me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundantur ⁊ reuereant: querentes animã meã. Auertantur retrorsum ⁊ cõfundant:

cogitantes mihi mala. Fiãt tanq̃ pulvis ante faciez venti: et angelus domini coartãs eos. Fiat via illorum tenebre et lubricuz: et angelus domini persequens eos. Quoniaz gratis abscondérunt mihi interituz laquei sui: superuacue exprobrauerunt aiam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quaz abscondit apprehendat eum et in laqueum cadat in ipsuz. Anima autez mea exultabit in domino: et delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tui. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me. Et retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem anime mee. Et go autẽ cuz mihi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabaz in ieiunio aiam meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et tadiuersum me letati sunt et cõuenerunt: cõgregata sunt super me flagella et ignorani. Dilacerati sunt nec compuncti: tentauerunt me subsannauerunt me subsannatiõe: freuduerũt super me dentibus suis. Domine quando respicies: restitue aiam meam a malignitate eorum a leonibus vnicã meam. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Nõ supergaudeant mihi qui adnersant mihi inique: qui oderũt me gratis et annuũt oculis. Quoniã mihi quidem pacifice loquebantur: et iracundia terre loquentes dolos cogitabãt. Et dilatauerũt super me os suũ: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri. Vidisti dñe ne sileas: domine ne discedas a me. Exurge et intẽde iudicio meo: deus meus et dominus meus in causam meam. Iudica me scdm iusticiam tuam dñe deus meus: et non supergaudeant mihi. Non dicant in cordib9 suis euge euge aie nostre: nec dicant deuorabimus eum. Erubescãt et reuereantur simul: qui gratulant malis meis. Induantur cõfusione et reuerentia: qui magnigna loquunt super me. Exultent et letentur qui volũt iusticiam meam: et dicant semp magnificetur dñs qui volum

pacem seruis eius. Et lingua mea meditabit iustitiā tuā: tota die laudem tuam.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniā dolose egit in cōspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone malitiam autem non odiuit. Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei: iudicia abyssus multa. Homines et iumenta saluabis dñe: quēadmodū multiplicasti misericordiam tuā deus. Filij aūt hominuz: in tegmine alarū tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniā apud te ē fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Pretende misericordiam tuam scientibus te: et iustitiaz tuā bijs qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatez: expulsi sunt nec potuerūt stare.

Expugna impugnantes me dñe. Psalmus. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quoniaz tanq; fenum velociter arescent: et quēadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino et fac bonitatem: et habita terram et pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam: et spera in eo et ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam: et iudicium tuum tanq; meridiē: subditus esto domino et ora eum. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari vt malignetis. Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terraz. Et adhuc pusillū et non erit peccator: et queres locum eius et non inuenies. Mansuetiaūt hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustuz: et stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniā

prospicit q̄ veniet dies eius.
Gladiū euaginauerunt pec/
catores: intenderunt arcum
suū. Ut decipiant panperē
et inopē: vt trucident rectos
corde. Gladius eor̄ intret in
corda ipsor̄: t arcus eor̄ con/
fringatur. Melius est modi/
cū iusto: super diuitias pecca
tor̄ multas. Quoniā brachia
peccator̄ conterentur: confir/
mat autē iustos dñs. Nouit
dñs dies īmaculator̄: et here
ditas eor̄ in eternū erit. Non
confundentur in tēpore malo
t in diebus famis saturabun
tur: quia peccatores peribūt.
Inimici vero domini mox
vt honorificati fuerint t exal
tati: deficientes quēadmodū
fumus deficient. Mutuabit
peccator t non soluet: iustus
autem miseretur t retribuet.
Quia benedicentes ei here/
ditabunt terrā: maledicentes
aūt ei disperibunt. A pud do
minū gressus hominis dири/
gentur: t viā eius volet. Cū
ceciderit iustus non collidet:
quia dñs supponit manū suā
Iunior fui etenī senui et nō
vidi iustū derelictum: nec se/
men eius querens panē. To
ta die miseretur t cōmodat: t
semen illius in benedictione
erit. Declina a malo t fac bo
num: et habita in seculū scī.
Quia dñs amat iudiciū t nō
derelinquet sanctos suos: in
eternū conseruabūtur. In/
iusti punientur: et semen im/
piorū peribit. Iusti autē he/
reditabūt terrā: t habitabūt
in seculū seculi super eaz. Os
iusti meditabitur sapientiaz:
et lingua eius loquetur iudi/
cium. Lex dei eius in corde
ipsi⁹: t nō supplantabūt gres/
sus eius. Considerat pecca/
tor iustū: t querit mortifica/
re eū. Dominus aūt non dere
linquet eū in manibus eius:
nec dānabit eū cum iudicabi
tur illi. Expecta dñm t custo
di viam eius: t exaltabit te vt
hereditate capias terram cuz
perierint peccatores videbis
Vidi impiū superexaltatū:
et eleuatū sicut cedros libani
Et transiui t ecce nō erat: qsi
ui eū et non est inuentus loc⁹
eius. Custodi innocentiā et
vide equitatē: qm̄ sunt relique
homini pacifico. Iniusti au
tē disperibūt simul: reliquie
impiorū interibūt. Salus aūt
iustorum a domino: et protec/
tor eorum in tempore tribu
lationis. Et adiuuabit eos
dñs et liberabit eos: et eruet
eos a peccatoribus t saluabit
eos: qz speranerunt in eo.

Domine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manū tuā. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usq; in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum: et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me erat de longe steterunt et vim faciebat qui querebat animam meam. Et qui inquirebat mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabant. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum

sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui: tu exaudies domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeat mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt: et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee. Alia psalmus. Reuela domino viam tuam. Domine in celo misericordia tua. Et veritas tua usq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei. Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum speraui in te. In laudem ipsi Dauid. Exaudi deus. Ipsum. Intellige clamorem meum domine. Verba mea. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Ipsum. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus: et consolatus es me. Ecce deus saluator meus: fiducia

liter agã et nõ timebo. Quia fortitudo mea z laus mea dominus: z factus est mihi in salutẽ. Haurietis aquas i gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini dño z inuocate nomẽ eius. Notas facite in populis adinuẽtiones eius: memẽtote quõ excelsum est nomẽ eius. Cantate dño quõ magnifice fecit: annũciate hoc in vniuersa terra. Exulta z lauda habitatio syon: quia magnus in medio tui sanctus israel. Glia pri. Lõuersus est furor tuus dñe: z cõsolatus es me. Ant. Laudate dñm de celis. Ypm. Kap. Vigilate et orate: state in fide: viriliter agite z cõfortamini: z omnia vestra cũ charitate fiant. Deo g. Hymnus. Dẽ dor paterne glie: de luce: lucẽ pferẽs: lux lux et fons luminis: dies diẽ illuminãs. Verusq sol illabere: micãs nitore perpeti: iubarq sancti spũs: infunde nris sensibus. Notus vocemus te patrẽ: patrẽ perhẽnis glie: patrẽ potentis gre: culpã releget lubricam. Informet actus strenuos: demẽ retundat inuidi: casus secundet asperos: donet gerẽdi gratiã. Mentẽ gubernet z regat: casto fideli corpore: fides calore ferueat: fraudis venena nesciat. Christus q nobis sit cibus: potusq nr sit fides: leti bibam sobriam ebrietatẽ spũs. Letus dies hui trã seat: pudor sit vt diluculi: fides velut meridies: crepusculũ mens nesciat. Aurora cursus puebit: aurora totus prodeat: in patre totus filius: z totus in verbo pater. Deo patri sit gloria: eiusq soli filio: cũ spiritu paraclito: et nunc et imperpetuũ. Amen. Ad matutinis dñe meditabor in te. Quia fuisti adiutor meus. In euangel. ant. Benedictus deus israel. Ypm. Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieleyson. Et ne nos indu. Ego dixi. Miserere. Gloria pri. Dñs dixit ad me. Exurge dñe. Jubilemus deo saluatori nro. Venite. Hymnus. Donsors paterni luminis: lux ipse lucis z dies: noctẽ canendo rũpimus: assiste postulãtib. Pellito tenebras mẽtiuq: fuga caterua demonia

expelle somnolentiã: me pigri tantes obruat. Sic christe nobis omnibus: indulgeas credentib⁹: vt prosit exorantib⁹: quod precinentes psallimus. Presta pie pissime.

Psalm 38

Dixi custodiam vias meas: vt non delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã: cũ consisteret peccator aduersus me. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis: et dolor meus renouatus est: Concaluit cor meũ intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. Locut⁹ sum in lingua mea: notũ fac mihi dñe finem meum. Et numerũ dierũ meorũ qui est: vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanq̃ nihilũ ante te. Uerũtamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens. Uerũtamen in imagine pertransit homo: sed et frustra cõturbat̃. Thesaurizat: et ignorat cui cõgregabit ea. Et nũc quæ est expectatio mea nõne dñs: et substãtia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me: opprobriũ insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meũ: quũ tu fecisti amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatẽ corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneã animã eius: verumtamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine et deprecationẽ meam: auribus percipe lachrymas meas Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te: et peregrin⁹ sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer priusq̃ abeam: et amplius nõ ero.

Expectans expectaui dominũ: et intendit mihi. Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouũ carmen deo nostro. Uidebũt multi et timebunt: et sperabũt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tui. Annunciaui et locut⁹ sum: multiplicati sunt super numerũ. Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: aures aũt perfeciste mihi.

Holocaustum ꝛ pro peccō nō
postulasti: tūc dixi ecce venio
In capite libri scriptū est de
me vt facerē volūtatē tuā: deꝰ
meus volui ꝛ legē tuā in me/
dio cordis mei. Annūciaui
iustitiā tuā i ecclesia magna:
ecce labia mea nō prohibebo
dñe tu scisti. Iustitiā tuā nō
abscondi in corde meo: veritā
tem tuā ꝛ salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiā
tuā ꝛ ꝓitatē tuā: a cōsilio mul
to. Tu aūt dñe ne lōge facias
miserationes tuas a me: mia
tua et veritas tua semp suscē/
perūt me. Qm̄ circūdederūt
me mala q̄rū non est numerꝰ:
cōprehēderūt me iniquitates
mee ꝛ non potui vt viderem.
Multiplicate sunt sup capil/
los capitis mei: ꝛ cor meū de/
reliquit me. Cōplaceat tibi
dñe vt eruas me: dñe ad adiu
uādū me respice. Cōfundan
tur ꝛ reuereanꝫ simul: q̄querunt
aiaz meā vt auferāt eā. Con/
uertanꝫ retrorsum ꝛ reuerean
tur: qui volūt mihi mala. Fe
rant cōfestim cōfusionē suā: q̄
dicūt mihi euge euge. Exul/
tent ꝛ letenꝫ sup te oēs q̄rētes
te: ꝛ dicāt semper magnificeꝫ
dñs qui diligūt salutare tuū.
Ego aūt mēdicꝰ sum ꝛ paup:
dñs sollicitꝰ est mei. Adiutor
meus ꝛ protector meus tu es:
deus meꝰ ne tardaueris. Am̄.
Ut nō deliquā i lingua mea.

Beatꝰ q̄ intelligit sup ps.
egenū ꝛ pauperē: in die
mala liberabit eū dñs Dñs
cōseruet eū ꝛ viuificet eum: ꝛ
beatū faciet eū in terra: ꝛ non
tradat eū in aiam̄ inimicorū
eius. Dñs opē ferat illi sup
lectū doloris eius: vniuersuz
stratū eiꝰ versasti in infirmita
te eiꝰ. Ego dixi dñe miserere
mei: sana aiaz meā quia pec/
cauī tibi. Inimici mei dixe/
runt mala mihi: qñ morietꝫ et
peribit nomē eiꝰ. Et si ingre/
diebat vt videret vana loque
batur: cor eiꝰ cōgregauit iniq/
tatē sibi. Et egrediebat foras:
ꝛ loquebat in idipsum. Ad/
uersuz me susurrabāt oēs inī/
mici mei: aduersum me cogi/
tabāt mala mihi. Verbū ini/
quū cōstituerūt aduersū me:
nūquid q̄ dormit nō adiciet
vt resurgat. Et te nī hō pacis
mee in quo speraui q̄ edebat
panes meos: magnificauit su
per me supplantationez. Tu
aūt dñe mi ferē mei: ꝛ resusci/
ta me ꝛ retribuā eis. In hoc
cognoui qm̄ voluisti me: qm̄
nō gaudebit inimicꝰ meꝰ sup
me. Me aūt ꝓpter innocētiā
suscepisti: ꝛ cōfirmasti me i cō/

spectu tuo in eternū. Confitebor dñs deꝰ israel a seculo ⁊ in seculū: fiat fiat. Psalmꝰ

Quemadmoduꝫ desiderat ceruus ad fontes aq̄rū: ita desiderat aia mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū: q̄n veniam ⁊ apparebo ante faciē dei. Fuerunt mihi lachrymē mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me aiam meā: q̄m trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domuꝫ dei. In voce exultationis ⁊ cōfessionis: sonus epulantis. Quare tristis es aia mea: ⁊ quare cōturbas me. Spera in deo: q̄m adhuc cōfitebor illi salutare vultus mei ⁊ deꝰ meus. Ad meipsuꝫ aia mea ꝓturbata est: ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis et hermoniim a mōte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarū tuarum. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: sup me trāsierūt. In die mandauit dñs misericordiā suā: ⁊ nocte canticū eius. Apud me oro deo vite mee: dicaꝫ deo suscepto meus es. Quare oblitꝰ es mei: ⁊ quare ꝓtristatꝰ incedo dū affligit me inimicꝰ. Dū cōfringunt ossa mea: exprobrauerunt mihi q tribulāt me inimici mei. Dū dicūt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es aia mea: ⁊ quare cōturbas me. Spera in deo: q̄m adhuc cōfitebor illi salutare vultus mei ⁊ deꝰ meus. Ant. Sana domine aiam meā: quia peccaui tibi. Psalmus.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meā de gente non sancta: ab hoie iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: q̄re me repulisti ⁊ q̄re tristis incedo: dū affligit me inimicus. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montē sanctū tuū ⁊ i tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutē meā. Cōfitebor tibi in cythara deus deus meus: q̄re tristis es aia mea ⁊ q̄re cōturbas me. Spera in deo: q̄m adhuc confitebor illi salutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meꝰ. Psalmꝰ.

Deus auribꝰ nr̄is audiuimus: p̄res nr̄i annūciauerūt nobis. Opus quod operatus es in diebꝰ eoꝝ: ⁊ in diebus antiquis. Manus tua gētes disperdidit ⁊ plātasti eos: afflixisti pp̄los ⁊ expulisti eos Nec enī in gladio suo posse-

derũt terrã: z brachiũ eoz nõ
saluauit eos, sed dextera tua
et brachiũ tuuz z illuminatio
vultus tui: quñ cõplacuisti in
eis. Tu es ipse rex me⁹ z de⁹
meus: qui mandas salutes ia
cob. In te inimicos nr̃os vẽ
tilabim⁹ cornu: et in noie tuo
spernem⁹ insurgẽtes in nobis
Nõ eni in arcu meo sperabo:
et gladi⁹ me⁹ nõ saluabit me.
Saluasti eni nos de affligẽti
bus nos: z odiẽtes nos confu
disti. In deo laudabimur to
ta die: z in noie tuo confitebi
mur in seculũ. Nunc autẽ re
pulisti z cõfudisti nos: et non
egredieris deus in virtutibus
nr̃is. Auertisti nos retrorsuz
post inimicos nr̃os: et q̃ode
runt nos diripiebant sibi. De
disti nos tanq̃z oues escarum:
et in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum
sine precio: z non fuit multitu
do in cõmutationibus eoruz.
Posuisti nos opprobrium vi
cinis nostris: subsannationez
et derisum his qui in circuitu
nostro sunt. Posuisti nos in
similitudinẽ gentibus: com
motionez capitis in populis.
Tota die verecũdia mea cõ
tra me est: et confusio faciei mee
cooperuit me, A voce expro
brantis et obloquentis: a fa
cie inimici et persequẽtis. Hec
omnia venerunt super nos nec
obliti sumus te: z iniquè non
egimus in testamẽto tuo. Et
non recessit retro cor nostrum
z declinasti semitas nostras a
via tua. Quoniã humiliasti
nos in loco afflictionis: z coo
peruit nos vmbra mortis. Si
obliti sumus nomen dei no
stri: z si expandim⁹ manus no
stras ad deum alienũ. Nõne
deus requiret ista: ipse eni no
uit abscondita cordis. Quo
niaz propter te mortificamur
tota die: estimati sumus sicut
oues occisionis. Exurge q̃re
obdormis dñe: exurge et re
pellas in finẽ. Quare faciem
tuam auertis: obliuisceris in
opie nostre z tribulatiõis no
stre. Quoniam humiliata est
in puluere anima nostra: con
glutinatus est in terra venter
noster. Exurge domine ad
iuua nos: et redime nos pro
pter nomen tuum.

Eructauit cor meuz ver
bum bonum: dico ego opera
mea regi. Lingua mea cala
mus scribe: velociter scriben
tis. Speciosus forma pre fi
lijs hominũ: diffusa est gratia
in labijs tuis: propterea bene
dixit te deus in eternum. Ac
cingere gladio tuo: super fe

mur tuū potentissime. Spe/cie tua & pulchritudine tua: in/tende prospere procede et re/gna. Propter veritatē & man/suetudinē & iusticiam: & dedu/cet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub/te cadent: in corda inimicorū regis. Sedes tua deꝰ in secu/lum seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iu/sticiā & odisti iniquitatē: pro/pterea vnxit te deus deꝰ tuus oleo leticie pre cōsortibꝰ tuis. Myrra et gutta & casia a vesti/mentis tuis a domibus ebur/neis: ex quibꝰ delectauerūt te filie regū in honore tuo. Asti/tit regina a dextris tuis: in ve/stitu deaurato circūdata vari/etate. Audi filia et vide & in/clina aurem tuam: & obliuisce/re populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuū: qm̄ ipse est dns deus tuus & adorabunt eum. Et filie tyri in muneribꝰ: vul/tum tuū deprecabunt omnes diuites plebis. Omnis gl'ia eiꝰ filie regis ab intus: in fim/brijs aureis circūamicta, va/rietatibus. Adducentur regi virgines post eā: proxime eiꝰ afferentur tibi. Afferentur in letitia & exultatione: adducē/tur in templū regis. Pro pa/tribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes sup omnē terrā. Memores erunt nois tui dñe: in generatione & generationē. Propterea po/puli confitebunt tibi: in eter/nū & in seculū seculi. Ant. Eru/ctauit cor meū ꝟbū bonū. ℟.

DEus noster refugium et virtus: adiutor in tribu/lationibꝰ que inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebi/mus dum turbabitur terra: et transferent montes in cor ma/ris. Sonuerūt & turbate sunt aque eorum: conturbati sunt mōtes i fortitudine eiꝰ. Flu/minis impetus letificat ciui/tatem dei: sanctificauit taber/naculū suū altissimus. Deus in medio eius nō cōmouebi/tur: adiuuabit eam deꝰ mane diluculo. Cōturbate sunt gē/tes et iclinata sūt regna: dedit vocē suā mota est terra. Dns virtutū nobiscū: susceptor nr̄ deus iacob. Venite & videte opera dñi: que posuit pdigia sup terrā. Auferēs bella vsq; ad finē terre: arcū conteret et ꝯfringet arma: & scuta combu/ret igni. Vacate & videte qm̄ ego sum deꝰ: exaltabor in gen/tibꝰ & exaltabor i terra. Do/minus virtutū nobiscum: su/sceptor noster deus iacob. ℣.

OMnes gentes plaudite mãib⁹: iubilate deo i voce exultationis. Q m dñs excelsus terribilis: rex magnus sup omnẽ terrã. ℟ ubiecit populos nobis: ⁊ gẽtes sub pedibus nr̃is. ℟ legit nobis hereditatẽ suã: speciẽ iacob quẽ dilexit. ℟ scẽdit deus in iubilo: et dñs in voce tube. ℣ sallite deo nr̃o psallite: psallite regi nr̃o psallite. Q m rex ois terre de⁹: psallite sapiẽter. ℟ egnabit de⁹ sup gentes: deus sedet super sedẽ sanctã suã. ℣ rinci pes pplox congregati sunt cũ deo abrahã: quoniã dij fortes terre vehemẽter eleuati sunt. ℣. Adiutor i tribulatiõib⁹.

MAgnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i in mõte scõ eius. ℟ undat exultatione vniuerse terre mons syon: latera aquilonis ciuitas regis magni. Q de⁹ in domibus eius cognoscet: cũ suscipiet eam. Q m ecce reges terre congregati sunt: conuenerũt i vnũ. ℟ psi vidẽtes sic admirati sunt conturbati sunt conmoti sunt: tremor apprehẽdit eos. ℟ bi dolores vt parturiẽtis: in spũ vehemẽti conteres naues tharsis. ℟ icut audiuimus sic vidim⁹ i ciuitate dñi virtutũ: in ciuitate dei nostri: deus fundauit eaz in eternũ. ℟ uscepim⁹ de⁹ miam tuã: in medio tẽpli tui. ℟ cõm nomẽ tuũ de⁹ sic ⁊ laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. ℣ etetur mons syon ⁊ exultẽt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Q ircũdate syon et cõplectimini eã: narrate in turrib⁹ eius. ℣ onite corda vra in virtute eius: ⁊ distribuite domos eius: vt enarretis i progenie altera. Q m hic est de⁹ de⁹ nr̃ in eternũ ⁊ in seculũ seculi: ipse reget nos in secula. ℣.

AUdite hec oẽs gentes: auribus percipite oẽs q̃ habitatis orbẽ. Q uiq; terrigene ⁊ filij hominũ: fir̃ i vnũ diues ⁊ pauper. ℟ os meũ loquet sapientiã: ⁊ meditatio cordis mei prudẽtiã. ℟ nclinabo in parabolã aurẽ meã: aperiã in psalterio propositionẽ meaz. Q ur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circũdabit me. Q ui confidunt in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarũ suarũ gloriant. ℟ rater nõ redimit redimet hõ: nõ dabit deo placationẽ suã. ℟ t preciũ redẽptiõis aie sue: ⁊ laborabit in eternũ et viuet adhuc in finem. ℣ ó videbit interitũ cũ viderit sapiẽtes morientes: simul insipiẽs ⁊ stulti

peribunt. ℣ t relinquent alie
nis diuitias suas: ℟ sepulchra
eoꝝ dom⁹ illoꝝ in eternū. ℣ a
bernacula eorum in ꝓgenie ℟
progenie: vocauerūt noia sua
in terris suis. ℣ t hō cū in ho
nore esset non intellexit: cōpa
rat⁹ est iumētis insipientib⁹ ℟
similis fact⁹ est illis. ℣ ec via
illoꝝ scandalū ipsis: ℟ postea
in ore suo complacebūt. ℣ i
cut oues i inferno positi sunt:
mors depascet eos. ℣ t dñabu
nt eoꝝ iusti in matutino: et
auxiliū eorū veterascet in in
ferno a gl'ia eoꝝ. ℣ erūm de⁹
redimet aiam meā: de manu
inferi cū acceperit me. ℣ ne ti
mueris cuꝝ diues fact⁹ fuerit
hō: ℟ cum multiplicata fuerit
gl'ia domꝰ eius. ℣ m cū in
terierit nō sumet oia: neqꝫ de
scēdet cum eo gl'ia eius. ℣ uia
aia eius in vita ipsius bñdicet: cō
fitebit tibi cū benefeceris ei.
℣ ntroibit vsqꝫ in progenies
patrū suoꝝ: vsqꝫ in eternū nō
videbit lumen. ℣ ō cū in ho
nore esset nō intellexit: cōpa
rat⁹ est iumētis insipientib⁹ ℟
similis fact⁹ est illis. ℣ Auribus
percipite q habitatis orbē.

DEus deoꝝ dñs locut⁹ ē:
et vocauit terrā. ℣ sol'
ortu vsqꝫ ad occasum: ex syon
spēs decoris ei⁹. ℣ e⁹ manife
ste veniet: de⁹ nr̄ et nō silebit.
℣ gnis in ꝓspectu ei⁹ exarde
scet: et in circuitu ei⁹ tēpestas
valida. ℣ dvocauit celum de
sursum: ℟ terrā discernere po
pulū suū. ℣ ōgregate illi scōs
ei⁹: q ordināt testamentū eius
sup sacrificia. ℣ t annūciabūt
celi iusticiā ei⁹: qm̄ de⁹ iudex
est. ℣ udi ppls me⁹ ℟ loquar
isrl: ℟ testificabor tibi de⁹ de⁹
tuus ego sum. ℣ ō i sacrificijs
tuis arguā te: holocausta aūt
tua in ꝓspectu meo sunt semp
℣ on accipiā de domo tua vi
tulos: neqꝫ de gregib⁹ tuis hir
cos. ℣ m̄ mee sunt oēs fere fil
uarū: iumēta in montib⁹ ℟ bo
ues. ℣ ognoui oia volatilia
celi: ℟ pulchritudo agri mecū
est. ℣ i esuriero non dicā tibi:
me⁹ est eni orbis terre ℟ pleni
tudo ei⁹. ℣ unqd māducabo
carnes taurorū: aut sanguinē
hircorum potabo. ℣ mmola
deo sacrificiū laudis: ℟ redde
altissimo vota tua. ℣ t invoca
me in die tribulatiōis: ℟ eruā
te ℟ honorificabis me. ℣ ēc
catori autē dixit deus: qre tu
enarras iusticias meas ℟ assu
mis testamentū meū p os tuū
℣ u vo odisti disciplinam: et
piecisti sermōes meos retror
sum. ℣ i videbas furem curre
bas cū eo: ℟ cū adulteris por

tionē tuam ponebas. Os tuū abūdauit malicia: ꝛ lingua tua ꝯcinabat dolos. Sedēs aduersus frēm tuū ꝙ̄bar; ꝛ aduersus filiū mr̄is tue ponebas scādalū: hec feciſti ꝛ tacui. Existimasti iniq̄ ero tui ſimilis: arguā te ꝛ ſtatuā ꝯra faciē tuā. Intelligite hec q̄ obliuiſcimini deū: neq̄n rapiat ꝛ nō ſit q̄ eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me: ꝛ illic iter q̄ oſtendā illi ſalutare dei. ℣. Miſerere mei deus: ſm magnā miaz tuā. Et ſm multitudinē miſerationū tuarum dele iniqtatē meā. Amplius lauā me ab iniquitate mea: et a pcto meo mūda me. Quōm iniquitatē meā ego cognoſco: et peccatū meū ꝯtra me ē semp. Tibi ſoli peccaui ꝛ malū coram te feci: vt iuſtificer; i ſermonib⁹ tuis ꝛ vincas cū iudicar;. Ecce enī in iniqtatib⁹ conceptus ſum: ꝛ in pctis concepit me mr̄ mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: icerta ꝛ occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi Aſperges me yſopo ꝛ mūdabor: lauabis me: ꝛ ſup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ꝛ letitiā: et exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciē tuā a pctis meis: ꝛ oēs iniqtates meas dele. Cor mūdum crea in me de⁹: ꝛ ſpm̄ rectū innoua in viſceribus meis. Ne pjcias me a facie tua: ꝛ ſpūm ſanctū tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiā ſalutaris tui: ꝛ ſpū principali confirma me. Docebo iniq̄s vias tuas: et impī ad te ꝯuertent. Libera me de ſanguinib⁹ de⁹ deus ſalutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iuſticiā tuaz. Dñe labia mea apies: ꝛ os meū annūciabit laudē tuā. Quōm ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: vtiq̄z holocauſtis nō delectaberis. Sacrificiū deo ſpūs cōtribulat⁹: cor ꝯritū ꝛ humiliatū de⁹ nō deſpicies. Benigne fac dñe i bona volūtate tua ſyon: ꝛ edificent muri hieruſalē. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſticie oblationes ꝛ holocauſta: tunc ipōnēt ſup altare tuū vitulos.

Quid gloriaris in ℣. malicia: qui potēs es in iniqtate. Tota die iniuſticiā cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolū. Dilexiſti malicia ſup benignitatē: iniqtatē magis q̄z loq eqtatē. Dilexiſti oīa ꝙ̄ba precipitationis: lingua doloſa. Propterea de⁹ deſtruet te in finē: euellet te ꝛ emigrabit te de tabernaculo tuo: ꝛ radicē tuam de terra viuēntū. Videbūt iu

sti ⁊ timebũt:⁊ sup eũ ridebũt et dicẽt:ecce hõ qui nõ posuit deũ adiutorẽ suũ. Sed speravit in multitudine diuitiarũ suarũ: ⁊ prevaluit in vanitate sua. Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in mia dei in eternũ ⁊ in seculũ seculi. Cõfitebor tibi in seculũ quia fecisti:⁊ expectabo nomen tuum quoniã bonum est in conspectu sanctorũ tuorũ. Añ. Deus deorum dominus locutus est. ℣. Immola deo sacrificium laudis Et redde altissimo vota tua. ℟. Et. sacerd. Fiat mia tua. In lau. añ Ecundũ magnam misericordiaz tuam miserere mei deus. ps. Miserere. Añ. Salutare vultus mei deus meꝰ. ps. Judica me deus. Añ. Sitivit in te aia mea deus meus. ps. Deus deꝰ meus. ps. Ego dixi:in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorũ meorũ: dixi non videbo dominũ deum in terra viventiũ. Non aspiciam hominem vltra:⁊ habitatorẽ quietis. Generatio mea ablata est et conuoluta est a me:quasi tabernaculum pastorum. Precisa ẽ velut a texẽte vita mea: dũ adhuc ordirer succidit me De mane vsqz ad vesperam finies me: sperabã vsqz ad mane quasi leo sic ꝯtriuit omnia ossa mea. De manevsqz advesperam finies me:sicut pullus hyrundinis: sic clamabo meditabor vt colũba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes i excelso. Dñe vim patior rẽsponde pro me:quid dicã aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes ãnos meos:in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur ⁊ in talibus vita spiritus mei: corripies me ⁊ viuificabis me:ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autẽ eruisti animã meaz vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi: neqz mors laudabit te:non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuã. Viuens viuẽs ipse confitebit tibi sicut ⁊ ego hodie:pater filijs notã faciet veritatem tuam. Domine saluũ me fac: ⁊ psalmos nostros cantabimus cunctis diebꝰ vite nostre i domo domini. Añ. Cũctis diebus vite nostre saluos fac nos dñe. Añ. In excelsis laudate deũ. ps. Laudate. Cap. Vigilate ⁊ orate. Hym.

ALes diei nūcius: lucem ꝑpinquā ꝓcinit: nos excitator mētiū iam xp̄s ad vitā vocat. Auferte clamat lectulos: egros sopore ⁊ desides: castiq; recti ac sobrij: vigilate iā sum ꝑrim⁹. Lesum clamus vocib⁹ flentes ꝓcātes sobrie: intenta supplicatio: dormire cor mundū vetat. Tu xp̄e sōnū dissipce: tu rūpe noctis vincula: tu solue pctm̄ vet⁹: nouūq; lumē ingere. Eo ꝓ. Jn matutinis dñe. Jn euāge. an. Erexit dñs nob cornu salutis in domo dauid pueri sui. ꝓ. Benedict⁹. Fer. iij. Jnuita. In manu tua dñe Omnes fines terre. ꝓ. Venite. Hym. RErū creator optime: rector q; nr̄ aspice: nos a q̄cte noxia: mersos sopore libera. Te scē xp̄e poscim⁹: ignosce tu crimīb⁹: ad confitēdū surgim⁹: moraq; noctis rūpimus. Tendentes manusq; tollimus: ꝓba sicut nocturnb⁹: nob gerēdū ꝓcipit: paululq; gestū censuit. Vides malū qđ gessim⁹: occulta nr̄a pādim⁹: preces gemētes fūdim⁹: dimitte qđ peccauim⁹. ꝓ. Resta pi. ꝓ. Dixit insipiēs i corde suo: nō ē de⁹. Corrupti ⁊ abhoiabiles facti sūt i iniq̄tatib⁹: nō est q̄ faciat bonū. Deus de celo ꝓspexit sup filios hoiuz: vt videat si est intelligens aut requirēs deū. Omēs declinauerūt simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū nō ē vsq; ad vnū. Nonne sciēt oēs q̄ operant iniq̄tatē: q̄ deuorant plebē meā vt cibū panis. Deū nō inuocauerunt: illic trepidauerūt timore vbi nō fuit timor. Quōm de⁹ dissipauit ossa eorū qui hoib⁹ placēt: cōfusi sunt qm̄ de⁹ sprevit eos. Quis dabit ex syō salutare isrl: cū q̄uerterit dñs captiuitatē plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabit isrl. ꝓ. DEus in noie tuo saluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me Deus exaudi oronē meā: auribus ꝓcipe ꝙba oris mei. Quōm alieni insurrexerūt aduersum me: ⁊ fortes q̄sierūt aiaz meā: et nō ꝓposuerūt deū ante conspectū suū. Ecce enī de⁹ adiuuat me: et dñs susceptor ē aie mee. Auerte mala inimicis meis: ⁊ in ꝙitate tua dispde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: ⁊ cōfitebor nomī tuo dñe qm̄ bonū ē. Quōm ex oi tribulatiōe eripuisti me: ⁊ super inimicos meos despexit ocul⁹ me⁹. ꝓ. EXaudi de⁹ oronē meā: et ne despexeris depcatiōnē meā: intēde mihi ⁊ exaudi

me. Contristat⁹ sum in exercitatiõe mea: & cõturbat⁹ sum a voce inimici & a tribulatiõe pctõris. Quã declinauerũt in me iniqtates: & in ira molesti erãt mihi. Cor meũ cõturbatũ est in me: & formido mortis cecidit sup me. Timor & tremor venerũt sup me: & cõtexerunt me tenebre. Et dixi qs dabit mihi pennas sicut colũbe: & volabo & requescã. Ecce elõgaui fugiẽs: & mãsi in solitudine. Expectabã eũ q salvũ me fecit: a pusillanimitate spũs & tempestate. Precipita dñe diuide linguas eorũ: qm̃ vidi iniqtatẽ & ꝓtradictionẽ i ciuitate. Die ac nocte circũdabit eã sup muros ei⁹ iniquitas: & labor in medio ei⁹ & iniusticia. Et nõ defecit de plateis eius: vsura & dolus. Quã si inimic⁹ me⁹ maledixisset mihi: sustinuissem vtiqz. Et si is qui oderat me sup me magna locut⁹ fuisset: abscõdissem me forsitan ab eo. Tu vo homo vnanimis: dux meus & notus me⁹. Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: i domo dei ambulauim⁹ cũ ꝓsensu. Veniat mors sup illos: & descẽdãt i infernũ viuẽtes. Quã nequicie in habitaculo eorũ: in medio eorũ. Ego aũt ad dñm clamaui et dñs saluauit me. Vespe et mane & meridie narrabo & annũciabo: & exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace aiam meã ab his q appropinquãt mihi: qm̃ inter multos erant mecũ. Exaudiet de⁹: et humiliabit illos q est ante secula. Nõ enim est illis cõmutatio & nõ timuerunt deũ: extẽdit manũ suã in retribuẽdo. Polluinauerũt testamentũ ei⁹: diuisi sunt ab ira vultꝰ eius & approprinquit cor illi⁹. Mollita sunt sermones ei⁹ sup oleũ: & ipsi sunt iacula. Jacta sup dñm curam tuã & ipse te enutriet: nõ dabit in eternũz fluctuationẽ iusto. Tu vo de⁹ deduces eos: i puteũ interitꝰ. Viri sanguinũ et dolosi non dimidiabũt dies suos: ego aũt spabo in te dñe.

In. Auertet dominus captiuitatem plebis sue. ꝑ.

Miserere mei de⁹ qm̃ conculcauit me hõ: tota die impugnãs tribulabit me. Conculcauerũt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellantes aduersũ me. Ab altitudine diei timebo: ego vo in te spekabo. In deo laudabo sermones meos: in deo spaui nõ timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabant: aduersũ me oẽs cogitatiões eorũ

in malū. Inhabitabūt & abscondēt: ipsi calcaneū meū obseruabūt. Sicē sustinuerūt aiaz meā: ꝓ nihilo saluos facies illos: i ira pp̄los ꝯfriges. Deꝰ vitā meaz annūciaui tibi: posuisti lachrymas meas i ꝯspectu tuo. Sicē & i ꝓmissiōe tua: tunc ꝯuertent inimici mei retrorsuz. In q̄cūqz die inuocauero te: ecce cognoui q̄m deꝰ meꝰes. In deo laudabo ꝯbū i dño laudabo ꝯmonē: in deo speraui nō timebo qd faciat mihi hō. In me sūt deꝰ vota tua: q̄ reddā laudatiōes tibi. Q. m eripuisti aiaz meā de morte & pedes meos ꝺ lapsu: vt placeā coraꝫ deo i lūie viuēciū.

Miserere mei deꝰ miserē mei: q̄m in te cōfidit aia mea. Et i vmbra alaꝝ tuaꝝ sperabo: donec trāseat iniqtas. Clamabo ad deū altissimū: deū q bñ fecit mihi. Misit de celo & liberauit me: dedit i opprobriū cōculcātes me. Misit deꝰ miaz suā & ꝯitatē suā: & eripuit aiaz meā de medio catulorū leonū dormiui cōturbatꝰ. Filij hoiuz dētes eoꝝ arma & sagitte: & lingua eoꝝ gladiꝰ acutus. Exaltare sup celos deꝰ: & i oēz terrā glia tua. Laqueū parauerunt pedibꝰ meis: & incuruauerūt aiaz meā. Foderunt ante faciē meā foueam: et inciderūt in eā. Paratū cor meū deꝰ paratū cor meū: cantabo & psalmū dicā. Exurge gloria mea exurge psalteriū & cythara: exurgam diluculo. Cōfitebor tibi in pp̄lis dñe: & psalmū dicā tibi in gentibꝰ. Q̄m magnificata est vsqz ad celos mia tua: & vsqz ad nubes ꝯitas tua. Exaltare sup celos deꝰ: & sup oēz trā glia tua. Aīi Q̄m in te cōfidit aia mea. ꝑs.

Si vere vtiqz iusticiā loquimini: recte iudicate filij hoiuz. Etenim in corde iniqtates opamini in terra: iniusticias manꝰ vīe cōcinnāt. Alienati sunt pctōres a vulua: errauerūt ab vtero locuti sunt falsa. Furor illis ꝺm filitudinē serpētis: sicut aspidis surde & obturātis aures suas. Que nō exaudiet vocē incātantiū: & venefici incantātis sapiēter. Deꝰ cōteret dētes eoꝝ in ore ipsoꝝ: molas leonū ꝯfringet dñs. Ad nihilū deuenīet tanqz aq̄ decurrēs intēdit arcum suū donec infirmentūr. Sicut cera q̄ fluit auferent: supcecidit ignis & nō viderūt solē. Priusqz intelligerent spine vīe ramnū: sic viuēs sic in ira absorbet eos. Letabit iustus cū viderit vindictam: manꝰ suas lauabit in sā

gũne pcto:is. Et dicet hõ si vtiq; est fruct⁹ iusto: vtiq; est deus iudicãs eos in terra. ℣.

ERripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentib⁹ in me libera me. Eripe me de operantib⁹ iniquitatẽ: et de viris sanguinũ salua me. Quia ecce ceperũt animã meam: irruerũt in me fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatũ meum dñe: sine iniqtate cucurri et direxi. Exurge in occursum meũ et vide: et tu dñe deus virtutũ de⁹ isrl. Intẽde ad visitãdas oẽs gẽtes: nõ miserearis omnibus q operant iniquitatẽ. Conuertent ad vesperã et famẽ patient vt canes: et circuibũt ciuitatẽ. Ecce loquent in ore suo et gladius in labijs eorũ: quis audiuit. Et tu dñe derides eos: ad nihilũ deduces oẽs gẽtes. Fortitudinẽ meam ad te custodiã: quia de⁹ susceptor meus: deus me⁹ mia ei⁹ preueniet me. Deus ostẽdit mihi sup inimicos meos: ne occidas eos neq; obliuiscant⁹ pp̃li mei. Disperge illos in ꝑtute tua: et depone eos p̃tector me⁹ dñe. Delictu oris eorũ sermonẽ labior̃ ipsorũ: et comprehendant in superbia sua. Et de execratione et mendacio: annũciabũt in consũmatione. In ira consũmationis et nõ erũt: et scient q; dñs dñabitur iacob et finiũ terre. Conuertent ad vesperã et famẽ patient vt canes: et circuibunt ciuitatẽ. Ipsi dispergẽtur ad mãducandũ: si ꝙ non fuerint saturati et murmurabunt. Ego aũt cantabo fortitudinẽ tuam: et exaltabo manemiam tuã. Quia factus es susceptor me⁹: et refugiũ meũ i die tribulationis mee. Fortitudo meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es: de⁹ meus mia mea. Añ. Juste iudicate filij hominũ. ℣Psalm⁹.

DEus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misert⁹ es nobis. Cõmouisti terrã et conturbasti eam: sana contritiones eius quia cõmota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compũctionis. Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus. Vt liberentur dilecti tui: saluũ fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in scõ suo: lẽtabor et partibor sichimã: et vallẽ tabnaculor̃ metibor. Meus est galaad et me⁹ est manasses: et effraim fortitudo capitis mei. Juda rex me⁹: moab olla spei mee.

In idumeā extēdā calciamē
tū meū: mihi alienigene sub/
diti sunt. Quis deducet me i
ciuitatē munitaz: qs deducet
me vsqz in idumeā. Nōne tu
de⁹ q repulisti nos: t nō egre/
dieris de⁹ i ꝝtutib⁹ nr̄is. Da
nob auxiliū de tribulatiōe: et
vana salus hois. In deo fa/
ciem⁹ virtutē: t ipse ad nihilū
deducet tribulātes nos. Ps.

Exaudi deus dep̄cationē
meā: intēde oz̄oni mee.
A finib⁹ terre ad te clamaui
dū anxiaret cor meū: in petra
exaltasti me. Deduxisti me
q: faci⁹ es spes mea: turris for/
titudinis a facie inimici. In
habitabo in tabernaculo tuo
in secula: protegar in velamēto
alarū tuarū. Quōm tu de⁹ meus
exaudisti oz̄onē meā: dedisti
hereditatē timētib⁹ nomē tuū
Dies sup dies regi adjcies:
annos eī⁹ vsqz in diē genera/
tionis t generatiōis. Permā
net in eternū in cōspectu dei:
miaz t veritatē eī⁹ qs requret.
Sic psalmū dicā noī tuo in se
culū seculi: vt reddā vota mea
de die i diē. Ant. Da nob dñe
auxiliū de tribulatione. Ps.

Nonne deo subiecta erit
aia mea: ab ipso enī salu
tare meū. Nā t ipse de⁹ me⁹ t
salutar⁹ me⁹: susceptor me⁹ nō
mouebor amplius. Quousqz
irruitis i hoiez: interficitis vniuer
si vos tanqz parieti iclinato et
macerie depulse. Verūtā p/
ciū meū cogitauerūt repellē:
cucurri in sitī: ore suo bñdice/
bāt t corde suo maledicebāt.
Verūtā deo subiecta esto aia
mea: qm̄ ab ipso patiētia mea
Quia ipse de⁹ me⁹ t saluator
meus adiutor meus: non emi
grabo. In deo salutare meū
et gloria mea: de⁹ auxiliū mei
t spes mea i deo est. Sperate
i eo omnis congregatio populi
effūdite coraz illo corda vra:
de⁹ adiutor vr̄ in eternū. Verū
tā vani filij hoiuz: mēdaces fi
lij hoiuz i stateris: vt decipiāt
ipsi de vanitate i idipm. Do/
lite sperare i iniqtate: t rapinas
nolite concupiscere: diuitie si af
fluant nolite cor apponē. Se/
mel locut⁹ ē de⁹ duo hec audi
ui: q: potestas dei ē: t tibi dñe
mia: q: tu reddes vnicuiqz iu/
xta opera sua. Psalm⁹.

Deus de⁹ me⁹: ad te de lu
ce vigilo. Sitiuit i te aia mea
qz multiplicit tibi caro mea.
In tra deserta iuia t inaqsa:
sic in scō appui tibi: vt videre
virtutē tuā t gloriā tuā. Quōm
melior ē mia tua sup vitas: la
bia mea laudabūt te. Sic be/
nedicam te in vita mea: et in

nomine tuo leuabo manꝰ meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meum. Si memor fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te qꝛ fuisti adiutor meꝰ. Et in velamento alaꝝ tuarū exultabo: adhesit anima post te me suscepit dextera tua. Ipsi ꝓo inuanū quesierūt aiaꝫ meā: introibūt in inferiora terre: tradent in manus gladij partes vulpiuꝫ erūt. Rex ꝓo letabit in deo laudabunt oēs qui iurāt i eo: qꝛ obstructū est os loquentiū

Exaudi deꝰ ꝑ. iniqua. Orationē meā cū deprecatoꝛ a timore inimici eripe animā meā. Protexisti me a cōuētu malignantiuꝫ: a multitudine operantiū iniquitatem. Quia exacuerūt vt gladium linguas suas: intenderūt arcū rem amaram: vt sagitent i occultis imaculatū. Subito sagitabūt eū ⁊ non timebūt: firmauerūt sibi sermonē nequā. Narranerūt vt absconderent laqueos: dixerunt qs videbit eos. Scrutati sunt iniqtates: defecerūt scrutātes scrutinio. Accedet homo ad coꝛ altuꝫ: et exaltabit deꝰ. Sagitte parnuloꝝ facte sunt plage eoꝝrū: ⁊ infirmate sunt contra eos lingue eoꝝ. Conturbati sūt oēs qui videbāt eos: ⁊ timuit oīs homo. Et annūciauerūt opa dei: ⁊ facta eius intellexerunt. Letabit iustus in dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabūt oēs recti coꝛde. Ad A timoꝛe inimici eripe dñe aiam meā. ꝑs.

Te decet ymnꝰ deus in syon: ⁊ tibi reddet votū in hierusalē. Exaudi orationē meā: ad te oīs caro veniet. Verba iniquoꝝ ꝓualuerunt super nos: ⁊ impietatibꝰ nr̄is tu ꝓpitiaberis. Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templū tuū mirabile in equitate. Exaudi nos deꝰ salutaris noster: spes omniuꝫ finium terre ⁊ in mari longe. Preparās mōtes in virtute tua accinctꝰ potentia: qui conturbas profundū maris sonum fluctuū eius. Turbabunt gentes ⁊ timebunt: q habitāt terminos a signis tuis: exitꝰ matutini ⁊ vespe delectabis. Visitasti terrā ⁊ inebriasti eam: multiplicasti locupletare eā. Flumē dei repletū est aquis: parasti cibum illoꝝ qm̄ ita est ꝓparatio eiꝰ. Riuos eius inebriās multiplica genimina

eius: in stillicidijs eius letabit germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebunt vbertate. Pinguescet speciosa deserti: et exultatione colles accinget. Induti sunt arietes ouium: et valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. Psalmus

IUbilate deo omis terra psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua dne: in multitudine virtutum tue mentient tibi inimici tui. Omis tra adoret te et psallat tibi: psalmus dicat nomini tuo. Venite et videte opa dei: terribilis in consilijs sup filios hominum. Qui conuertit mare in aridam in flumine ptransibunt pede: ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in eternum oculi eius sup gentes respiciunt: qui exasperant non exaltent in semetipsis. Benedicite gentes deum nostrum: et auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea que destinxerunt labia mea. Et locutum est os meum: in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum: offeram tibi boues cum hircis. Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dns. Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee. Benedictus deus: qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me. ps.

DEus misereatur nri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nri. Et cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omes. Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuant eum omes fines

EXurgat deus ps. terre. et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic

Prolatas namqꝫ reliqas leniter lābēs non iō se a natura ptulit vt eū gurgit sui ꝓcella ꝺmergeret: sed ob hoc vt gloriosa deuotio intra ambitū basilice ceteꝝ martyribꝰ sepultura pcipet sociari. Cuiꝰ translationē a scē recordationis domiciano genuēsi epō ⁊ grato augustane vrbis: vel ꝓthasio tūc tpis illiꝰ loci epō celebratā recolētes quotidiana deuotione ⁊ laudibꝰ frequentamꝰ: p euꝝ q viuit ⁊ regnat ꝓ scl'oꝝ scl'a. ℟. Te deū. ℣. Mirabilis deꝰ. In laudibus. gñ.

Sanctꝰ mauricius legionem sanctā ꝓmouit: vt ad celestia regna ꝓperarēt beatus exupiꝰ miles candidꝰ et victor iūctus meritis se socia-

uerũt. ps. Dñs regñ. Añ. Sã/cta legio agaunensiũ martyꝝ dũ resisteret aduersarijs sacro duce mauricio interueniente imortalitatis cõpendiũ acqsi erũt. ps. Jubilate. Añ. Preci/osa sunt thebeoꝝ martyꝝ vul nera sci mauricij cũ socijs suis q sub maximiano mortez de/creuerũt suscipe. ps. Deꝰ deꝰ me⁹. Añ. Ecce factꝰ est sacer il le agaunensiũ locꝰ p suffragia scõꝝ salꝰ ꝓsentiũ ꝓfidiũ futu/roꝝ. ps. Benedicite. Añ. Sã/ctoꝝ coꝝpoꝝ sacer sanguis vn das pfudit ꝑciosioꝝ martyrũ societas cõsecrauit: que lauit rodanꝰ inundando refundẽs ps. Laudate. Ca. Reddet deꝰ hy. Rex gloriose. vñc. Justi aũt. In euãg. añ. Flagrabat i beatissimis martyribꝰ gliosis ardoꝝ: qꝝ trucidati ferro coll' submissis a maximiano pem/pti sunt: quos multitudo ãge loꝝ cũ gaudio susceperũt. ps. Benedictꝰ. Oꝛo Annue. Ad horas añe de laudi. Capla et ꝛia vt in cõi. Ad vs. añe de laudi. cũ psalmis ferialibus. Cap. Reddet ds. Hym. Rex gloriose. ℣. Exultẽt. In euã. añ. Jstoꝝ est eni. vt in cõi ps. Dgt. Oꝛo Annue. Demo. de scã tecla virgine. Añ Sile est reg. ℣. Diffusa. Oꝛo. Op/se. vt i cõi.

De Tecle ꝟgis.

Beata ꝟo tecla in ciuitate yconensi oꝛta p ꝓdicationẽ bti pauli ꝙuersa credidit xꝓo. Jrata mr ei⁹ eaꝝ apd iudicẽ accusauit sup titu lo xꝑianitatis. Et qꝝ spõso sibi assignato nubere renuit: ad p ces mris ei⁹ iudicauit eã ꝓcõ/sul igne cremandã. Et cũ sup posit⁹ fuisset ignis: ros desup veniẽs: ignẽ extixit: ꝛ illa abi cẽdio liberata discessit.

ET cum agnouisset: vbi ap'lus hospitaret: oia mũ dana relinquens: adherebat paulo. Quo viso gauisi sũt q eã dñs liberassꝫ d igne: ꝛ epu lati sũt i dño. Post hec alexã/der vir potẽs obtulit eã iudici dicẽs. Jsta puella xꝑiana e. Et cuꝫ ita cognouisset: ꝓdẽnauit eã bestijs subigẽdã. Producti ꝟo bestijs ponit sup leenã q obuerso capite lambebat pe/des ei⁹. Quo vio: pplis obstu/puit. Post hec i/ mittunt leones ꝛ vsi: sꝫ leena ceteꝝ acerbioꝝ ꝓcurrẽs ad pedes ei⁹ accubuit. Jn cur/ritvꝛia: sꝫ leena scidit eã. Post hec submiserũt ferrũ cãdens sub pedib⁹ tauroꝝ vt atroci⁹ effrenata aialia saltu rapido victã ꝟginẽ discerperẽt: sꝫ ferrũ cõbussit fumes: ꝛ ꝟgo mãsi/

illesa. Quã ꝓcõsul vestib⁹ in/dui ꝓcepit: q̃ descẽdẽs in do/mũ cuiusdã mulieris noie tri ferre ipsaz ⁊ domũ ei⁹ totã ad fidẽ xp̃i ꝙuertit. Jñ seuleticaz ꝑgẽs: post aliq̃t dies transiuit ad dñm: cui ẽ glia ⁊ honoz in scla. Lete. de cõi vni⁹ ꝛginis nõ marty. ¶ Sancti Firmini epi ⁊ martyr. Lectio. j.

QRat i ciuitate biberiẽsi noie pampolana vir quidam genere ⁊ ordine pmi⁹ iter se natores noie firmi⁹. Qui cum esset fide catholic⁹ filiũ suum ꝑmogenitũ noie firminũ bo/nesto ꝑsbytero cõmisit hone/stis mozib⁹ informãdũ ⁊ libe ralib⁹ lr̃is edocendũ. Cũt aũt decẽ ⁊ septẽ ãnoz eẽt firmin⁹: diuina doctrina replet⁹: cepit sanctã ducere vitã: ⁊ totis vi/ribus dño psallere. Le. ij.

QUm ergo xp̃i famul⁹ ꝑs byter honest⁹ senio tã eẽt affe ctus: nec sicut ꝙsueuerat: salu/tẽ in gentib⁹ ꝓdicare sufficie/bat: btiñ firminũ ad seminan/dũ verbũ dei sepi⁹ destinauit. Jpse xp̃o iniunctũ officium su scepit: susceptũ cõpleuit: fru/ctumq̃ non modicũ repozta/uit. Visit igitur eoz ꝑsbyter ad honeratũ tholosane ciuita tis ep̃m. Ad quẽ cũ peruenis/set: illũ ep̃m ꝙsecrauit: et cozã astãtib⁹ dixit. Gaude fili: qm̃ vas electionis esse meruisti.

QJrca tricesimũ primũ etatis sue annuz galliaz ꝓuincias adijt: ⁊ mul titudiné ppli ad fidẽ xp̃i con/uertit. Jnfra tres dies fere tria milia hominũ per beatuz fir/minum ad dñm cõuersi sunt. Audientes xp̃o lozigulus ⁊ se bastianus ꝑsides: ꝓceperunt militibus apprehendere euz ⁊ carceris custodib⁹ cõmẽda/re: clamq̃ eũ noctis silẽtio ca/pite truncari. Quod⁊ factum est. Cui⁹ coꝛp⁹ faustinianus a beato martyre baptizat⁹: cõdi tũ aromatib⁹ sepeliuit ad lau dem dñi nostri iesu xp̃i. Lete. de cõi vnius martyris. ¶ Sã ctoꝛum martyrũz Cipriani ⁊ Justine. Lectio prima.

TEmpoze illo sub diocli/ciano impatoze in ciuitate an tiochia erat quedã virgo no/mine iustina. Aclaudi⁹ xp̃o q/dam scholastic⁹ videns virgi nẽ frequẽter euntẽ ad eccleſiã in desiderio eius accendit: et accessit ad cyprianũ maguz ⁊ ꝓmisit ei duo talenta auri et argenti duo: vt per maleficia sua capet aiam virginis iusti/ne. Cipzian⁹ aũt excitauit de/mones: ⁊ trãsmisit ad virginẽ decipiendã. Sed sacra virg⁹

signo crucis sese cõsignans illum demone secundo & tertio a se expulit. Lectio. ij.

Videns vo cipr̃ianus signa que p̃ sanctã virginem facta sunt: coram epo eccl̃ie cecidit dicens. Deprecor te pater: salua aiam meã. Episcop⁹ aũt suscepit & benedixit eũ dicẽs. Festina fili ad eccl̃iã: & orationes incessanter redde deo. Cipr̃ianus aũt vadẽs ad domũ suam: omia idola cõfregit. In magno aũt die baptizauit eũ epc̃s: & post aliquot tẽpus factus est diacon⁹. Cõpleto aũt ãno factus p̃sbyter: pmansit sexdecim ãnos in officio p̃sbyterij. Beat⁹ aũt antimi⁹ p̃recognoscens exitum suũ ordinauit sanctũ cipr̃ianũ epm: & obdormiuit in dño. Le. ij.

Cipr̃ian⁹ aũt sanctã iustinam pmouit faciens eaz diaconissam: & cõstituit eã matrẽ monasterij virginuz. Hec audiẽs comes encholom⁹: scripsit & retulit ista regi. Irat⁹ vo rex valde transmisit eos in nichomediã ciuitatẽ decollandos. Sancta vo iustina ante cipr̃ianũ rogatu eius cõsũmata: decollat⁹ est mox cipr̃ianus & p̃iecta sũt corpora eoz canibus. Mante vo fideles noctu leuauerũt corpa eoz in nauiz & accipientes a quibusdã sanctis acta eorũ scripta: nauigauerunt romã: & ibidẽ eos sepelierunt ad laudẽ ipsius qui viuit & regnat in secula seculoz amen. Lecta de cõi plurimoz martyz. Sanctoz martyrũ Cosme & Damiani. Oratio.

Presta qs ops deus: vt qui sanctoz martyrum tuoz cosme & damiani natalitia colimus: a cũctis malis iminentibus eoz intercessionibus liberemur. p̃ do. Lectõ. j.

Temporibus dioclitiani impatoris fuit quedam mulier in ciuitate egea deum timẽs noie theodora: q̃ geminos frẽs cosmã & damianum enixa est: qui a spũsco p̃ medicine artem edocti sunt curare oẽm infirmitatẽ: nõ solũ i hominibus sed etiã in iumẽtis. Hec igit̃ illi sci faciẽtes: a nullo aliquid recipiebãt. Lec. ij.

Quidã tpe matrona quedaz noie palladia clinica erat: q̃ ab illis curata est. Et occulte scõ damiano obtulit munusculũ: qd̃ ille sacris terribilibus cõstrictus suscepit. Et ió p̃cepit cosmas ne corp⁹ eius vna cũ eo sepeliret. In eadem nocte apparuit dñs cosme dicẽs: Quare sic locut⁹ es p̃pter munus: qd̃ frat tuus suscepit:

nō mercedis gra: sz p nomē meū adiurat⁹ suscepit. Le.ij.

AUdiēs igit̄ preses lisias vitā scōz cosme z dami ani: vocauit eos ad se z dixit: Accedite z sacrificate dijs nostris. Sci martyres dixerunt. Idola vana surda ceca z mu/ta non adorabim⁹. Tūc penis torquebant multimodis: sed illesi manebāt. Jussit igit̄ ve/nire quattuor noia militu: q scōs dei sagittaret. Et cuz oēs sagittas suas expēderūt: nihil nocuerūt scis: sed retro ꝙuerse interfecerunt plurimā homi/nū multitudinē. Accedentes ꝙo carnifices: capita eōz am/putauerunt. Sicqz sci marty/res aias suas in pace reddide rūt. p eū qui viuit z regnat in secula. Cetera de cōi plurimo rū martyrū zc. ¶ Sancti mi/chaelis archangeli Ad vās añ.

EXcelsi regis filiū collau dant ciues celici: quem cherubin z seraphin scūs pro clamāt sedulī. ℣. Dial. feriales. Añ. Cui sol luna deseruiūt p tpa: q̄ resides super thronos: z iudicas equitate: āsis nostris precib⁹ pius ac propitius. Añ ℣. Prepositus paradisi ianue ce tusqz angelic⁹ ac patriarchaz cunei cū ceteris ciuib⁹ supnis nobis precent veniam a dño. Añ. Suma laus dulcis melo dia te cōdecet p orbitā q̄ cētri chorus resultat gaudens tali socio: arua plaudūt z reboant leta tanto mūcio o michael ce lorū preposite nr̄as voces su/scipe. Añ. Dñe deus sabaoth omniū dignitatū dispensator atqz largitor: da nobis famul̄ tuis bti michaelis archange/li omniūqz sanctarū celestiuz virtutū semp tueri presidijs: et eoz gloriā ad laudē tui san/cti nois venerātes ipsoz gau/dijs fac eē participes. Capitul.

FActū est prelium in celo: michael z angeli ei⁹ pre liabantur cū draconē: z draco pugnabat: z angeli eius: z nō prevaluerunt: neqz inuētus ē locus eorū amplius in celo. ℟. Te sanctū dñm in excelsis lau dant oēs angeli dicentes: Te decet laus z honor domie. ℣. Cherubin quoqz et seraphin scūs p̄clamāt: z ois celic⁹ ordo dicētes: Te decet. Hymnus.

TIbi xp̄e splendor patris vita virtus cordiū in cō/spectu angelorum votis voce psallim⁹ alternātes cōcrepan do melos dam⁹ vocib⁹. Quo/ laudamus venerātes oēs celi milites: sed precipue primatē celestis exercit⁹ michaelem i virtute cōterentem zabulon.

Quo custode pcul pelle rex
xpe pyssime oe nephas inimi
ci mundo corde t corpore pa
radiso redde tuo nos sola cle
mētia. Gloria patri melodis
personem⁹ vocib⁹: gloriā xpo
canam⁹: gloriā paraclito: qui
deus trinus t vn⁹ exstat ante se
cula amen. ℣. In cōspectu an
gelorū psallam tibi deus me⁹
Adorabo ad templū sanctuz
tuū: t confitebor noi tuo alla.
In euāge. añ. Dū sacz mysteriū cerneret iohānes: archangelus michael tuba cecinit: ignosce dñe deus noster: q aperis librum: t soluis signacula
Dei⁹ alla. ℣. Mgt. Dño.

DEus q miro ordine angelorū ministeria hominūqz dispensas: cōcede propici⁹: vt quib⁹ tibi ministrātib⁹ in celo semp assistit: ab his in terra vita nra muniat. p do Ad matutī. Inuit. Angelorz regi deo iubilem⁹ pariter: Michaelez venerātes primatē solēniter. ℣. Uenite. Hym. Tibi xpe. In. j. noc. añ Stetit angel⁹ iuxta arā tēpli habēs thuribulū aureuz in manu sua. ℣. Dñe dñs nr. Añ Ascēdit fum⁹ aromatū in conspectu dñi de manu angeli. ℣. In dño confido Añ Michael archāgele veni i adiutoriu pp'lo dei. ℣. Dñe

qs habi. ℣. In cōspectu. Lec. j.

Angelorz hominūqz natura ad cognoscendū se dñs cōdidit: quā dū consiste re ad eternitatē voluit: eā pro culdubio ad similitudinē sua creauit. Decem vo dragmas habuisse in euangelio mulier illa describit: quia nouē sunt ordines angelorz. Sed vt compleret electorz numer⁹: hō decimus est creatus. ℟. Factum est silentiū in celo dū cōmitteret bellū draco cuz michaele archangelo: et audita est vox milia miliū dicentiū: Salus honor t virtus oipotenti deo ℣. Milia miliū ministrabant ei: t decies milies centena milia assistebāt ei. Salus. Lec. ij

Nouē vo angelorz ordines dixim⁹: quia videlicet esse testante sacro eloquio scim⁹ angelos: archangelos: virtutes: potestates: principatus: dñationes: thronos: cherubin atqz seraphin. Per prophetā igit angelo q est prim⁹ condit⁹ dicit. Tu signaculū similitudinis plen⁹ sapiētia: et perfectus decore i deliciis paradisi dei fuisti. ℟. Stetit angelus iuxta aram tēpli habēs thuribulū aureū in manu sua et data sunt ei incensa multa. Et ascēdit fumus aromatū de

manu angeli in ꝓspcū dñi. ℣. Factuꝫ est silentiū in celo ꝛ ac cepit angel⁹ thuribulū ꝛ im/pleuit illud de ıgne altaꝛ. Et.

QUi notanduꝫ Lect. ıȳ. q̄ nō ad similitudinem dei fact⁹: sed signaculum simi litudinis dicit: vt qꝛ in eo sub tilioꝛ est natura: eo ı illū ima/go dei simili⁹ insinuet exꝑssa Quo in loco moꝛ subditur. Omnis lapis ꝑciosus operi/mentū tuum. Sardius topa/zius ꝛ yaspis: crisoli⁹: onix: ꝛ beryll⁹: sapphir⁹: carbūculus et smaragd⁹. Ecce nouē dixi/mus noia lapidū: qꝛ profecto nouē sunt ordines angelorꝫ ℟. In ꝓspectu angeloꝝ psallā tibi: ꝛ adorabo ad templū san ctuꝫ tuū. Et cōfitebor nomini tuo dñe. ℣. Deus me⁹ es tu et ꝓfitebor tibi: de⁹ meus es tu ꝛ exaltabo te. Et cōfi. Glia pa. Et cōfi. In ȳ. noc. aii. Dicha el ꝓpositus paradisi quez bo/norificant angeloꝝ ciues. ps. Dñi est terra. Ali. Gloriosus apparuisti in ꝓspectu domini ꝓpterea decorē induit te dñs ꝑ. Benedicā. Aii. Angelus archangel⁹ michael dei nun/cius de aiab⁹ iust⁹ suscipiēdis ꝑ. Exaudi de⁹ orōnez meaz cū deprc. ℣. Stetit angelus iu xta arā templi. Habēs thuri/bulum aureū ı manu sua alt'a.

PRedictis nimiꝝ. L. iiij. ordinib⁹: ille prim⁹ āge lus ideo ornat⁹ ꝛ opert⁹ exti/tit: qꝛ dū cūctis agminib⁹ an/gelorꝫ prelat⁹ est: ex eoꝝ cōpa ratione clarioꝛ fuit. Sed cur istos ꝑsistentiū angeloꝝ cho/ros enumerādo ꝑstrinximus si non eoꝝ quoqꝫ ministeria ſnbtiliter exprimam⁹. Hic est michael archangel⁹ prin/ceps militie angl'oꝝ. Cui⁹ ho noꝛ prestat beneficia populis ꝛ oꝛo ꝑducit ad regna celoꝛū ℣. Archangele xꝑi p gratiam quā meruisti deꝑcamur per vnigenitū dñm nr̄m: vt eripi as nos a laqueo moꝛti. Cui⁹.

GReca enim lin/ Lect. ȳ. gua angeli nūciȳ: archā geli ȳo sūmi nunciȳ vocantur Sciendū ȳo q̄ angeloꝝ voca bulum: nomē officiȳ est nō na/ture. Hā sci illi celestis patrie spūs: semp quidē sunt spirit⁹: sed semper vocari angeli ne/qua q̄ possiunt: quia tunc solū sunt angeli: cum per eos aliq̄ nunciantur. Unde ꝛ per psal mistam dicit. Qui facit ange los suos spiritus. Ac si aperte dicat. Qui eos quos semper habet spiritus: etiam cum vo luerit angelos facit. Uenit michael archangelus cū mul

titudine angelorum cui tradidit deus animas sanctor. Ut perducat eas in paradisuz exultatiois. ℣. Data est potestas archangelo michaeli sup animas iustorum. Ut perducat. ℟. Jj autem qui. Lect. vj. minima nunciant angeli: qui ℣o summa annunciat: archangeli vocant. Hinc est eni: q ad mariam virginé nó quilibet angelus sed gabriel archangelus mittit. Ad hoc quippe ministeriū summum angelū venire dignū fuerat: q summū oium nūciabat. Jdeo angeli ꝓpꝛys noibus censent vt figuificeꝫ per vocabula qd in opatione valeant. ℟. Princeps sancte celestis militie nenos damnet ꝓo cómissis iudicis sententia. Assis pius in futuro defensor examine. ℣. Separemur a sinistris vt cuz dextris positi perfruamur iudicantis voce blāda domini. Assis pius in fu. Gloria pat. Assis pius i futuro de. In. iij. nocturno ad. Concussum est mare z contremuit terra: vbi archangelus michael descendebat de celo. ℟. Cantate. j. Ad. Data sunt ei incésa multa: vt adoleret ea ante altare aureum quod est ante oculos domini. ℟. Domin⁹ regnau. exul. Ad. Laudem⁹ dominū quē laudant angeli quē cherubi z seraphi scūs scūs scūs ꝓclamāt. ℟. Benedic. j. ℣. Ascédit fum⁹ aromatū. Jn conspectu dñi ò manu āgeli alla. ℟. Secundus mattheum. In illo tpe. Accesserunt discipuli ad iesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et reliq. Ome. Excerpta ò diuersis tractatoribus. Lectio septima. ℟. Quotiens legimus dñi discipulos de ordine ꝓfectus iter se ꝓtendisse vel interrogasse: nó liuor z iudicie deputare debem⁹: sz hūane fragilitati ac infirmitati. Rudes qppe erāt z nouelli: qz eni audierāt eū suā resurrectionē ꝓdicante: z nódū spūsci gra illuminati: celeste regnū ꝓcē amare ñ didicerāt. ℟. Fidel' vmo z oi acceptióe dign⁹ michael archāgel⁹ pugnauit cū diabolo. Gra dei ille victor i cel' extitit z ille hostis ātiqu⁹ passus est ruinā magnā. ℣. Factū è silēuū i celo dū cómitteret bellū draco cū michaele archangelo. Gra dei. Lect. viij. ℟. Quia ℣o ait euangelista Mondū erat spūs dat⁹: qz nódū fuerat iesus glorificatus. Putabant qꝫ ipse resurgens a.

mortuis: corpore aliter regnuz tenere: et ipsi honorib⁹ sublimarent. Sed magister humilitatis ait in euágelio: Discite a me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē aiab⁹ vris. vt ostēderet regnū celoz nō p supbiā: sed p humilitatē esse querēdū. ℟. Archāgeli michael interuētione sustulti te dñe deprecamur. Ut quos honore plegmur: cōtingamus in mēte. ℣. Perpetuū nob dñe tue miserationis ppsta subsidiū: qb⁹ & āglica ppstitisti suffragia non deesse. Ut. Lectio

Illūqz ppo eē maiorē i eo q ppter deū se humiliat: aduocās paruulū statuit eū i medio eoz & dixit: Amē dico vob: nisi quersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnū celoz. Non q ap'los doceat esse paruulos corpore: sed vt innocētiā paruuloruz studeant retinere. ℟. Te scm̄ dñm. vt supra in ōnis vespis. ℣. Te deuz. ℣. Stetit angelus. In laudib⁹ añ.

Cum preliaret michael archangelus cū draconē: audita est vox dicētiū: salus deo nro alla. ps. Dñs regna. Añ. Dū cōmitteret bellum draco cū michaele archangelo: audita est vox milia miliū dicentiū: salus deo nostro alla. ps. Jubilate. Añ. Archangele michael cōstitui te principē sup oēs aias suscipiēdas. ps. Deus deus me⁹. An. Angeli dñi dñm bñdicite in eternū. ps. Bñdicite. Añ. Angeli archangeli throni & dñationes: principat⁹ et potestates: virtutes celoruz laudate dñm de celis alla. ps. Laudate dñm. Capitulum.

Significauit deus q̄ oportet fieri cito loquēs p angelū suū seruo suo iohānī: qui testimoniū perhibuit verbo dei: & testimoniū iesu christi in his quecūqz vidit. Hymn⁹.

Christe scoz decus angelorū auctor humani generis et rector: nobis eternū tribue benign⁹ scandere celū. Angelū pacis michael ad ista celitus mitti rogitemus aulā: nobis vt crebro veniāt & crescāt prospera cūcta. Angelus fortis gabriel vt hostē pellat antiquū volitet ab alto sepi⁹ tēplū veniat ad istud visere nostrum. Angelum nobis medicū salutis mitte de celis raphael vt oēs sanet egrotos pariterqz nostros dirigat actus. Hinc dei nri genitrix maria totus & nobis chorus angelorū semp assistat simul & beata cōcio tota Amē. ℣. Michael

archangele Veni i adiutoriō populo dei alla. In euan. añ. Factū est silentiū in celo dum draco cōmitteret bellū: ⁊ michael pugnauit cuz eo: ⁊ fecit victoriā alla. p̄s Benedict⁹, Dño. de⁹ qui miro. Ad. j. añ. Dū p̄eliaret. p̄s De⁹ in noīe Añ Bras. p̄s Quicūqz. ℟. Jesu christe. cū alla. ℣. Qui sedes ⁊c. Ad. iij. añ. Dū cōmitteret. p̄s. Legē po. Cap. Factū est p̄eliuz. ℟. Stetit angelus iuxta aram tēpli alla alla. ℣. Habēs thuribulū aureum in manu sua alla alla Glia. Stetit. ℣. Ascēdit fum⁹. Oratio De⁹ q mi. Ad. vj. añ Archangele. p̄s. Defecit. Cap. Significauit. ℟ Ascēdit fumus aromatū alla alla. ℣. In cōspectu dñi de manu angeli alla alla Glia. Ascēdit. ℣. In cōspectu an. Dño vt s. Ad. ix. an. Ange

Oli. p̄s Mirabilia. Cap. Vm cōmitteret bellum draco cū michaele archangelo: audita est vox milia miliū dicentiū: salus deo nr̄o. ℟. In cōspectu angelorū psallā tibi deus me⁹ alla alla. ℣. Adorabo ad templū scm tuū: ⁊ confitebor noi tuo alla alla. Glia. In cōspectu. ℣. Michael ar. Dño vt supra. Sancti hieronymi p̄sbyteri ad vespe. añ. Dū p̄eliaret. ⁊ cetere añe de laudi. cū psalmis ferialib⁹ Cap. Justus cor suū ℟. Milites christi. Hym. Iste confes. ℣. Amauit. In euāge. añ. Iste est qui ante deum. p̄s. Magt.

Sancti hieronymi Dño. nos dñe natalicia votiua leuificēt: ⁊ sue būficijs intercessionis attollant. p dñm. Memoi. de scō michaele. Añ. Archangele xp̄i p gratiā quā meruisti te dep̄recamur p vnigenitū dñm nostrum: vt eruas nos a laqueo mortis alleluia. ℣. In cōspectu an. Dño De⁹ q miro. Si festū sci michaelis: vel sci hieronymi in dñica euenerit: incipiatur hystoria Adaperiat. dñica p̄xima sequente. Lectio. j

Hieronym⁹ igit̄ p̄ie eusebio natus est: vestez xp̄i puer rome suscepit: ibiqz lr̄is grecq ac latinis a p̄rimeuo erudit⁹ est: p̄resbyter quoqz cardinalis ibidē est ordinatus. Quodam ℣o dū ex more idem hieronymus diuina ad legendū pandit volumina: et mortalē bibliothece sue auctorē tullū recordat: mox celitus ne tales q̄nqz reuolueret libros: salutifero castigat⁹ ē verbere. Lec. ij

Sanctus igitur hieronymus de se ad eustochiuz

virginē scribēs ita asserit: Cū subito raptus in spū ad tribunal iudicis pertrahor: ibi tantū luminis t tantū erat ex circūstātiū claritate fulgoris: vt prostratus in terrā sursum aspicere non auderē. Interrogat⁹ q̄ditionē: xp̄ianū me eē rndi. Ille mō qui presidebat: mētiris ait. Ciceronian⁹ es: non christian⁹. Illico obmutui: t inter verbera nam cedi me iusserat. Clamare tñ cepi: miserere mei dñe miserere mei. Tandē ad p̄sidētis genua prouoluti qui astiterant precabant: vt veniā tribueret adolescentie. Nec.iij.

Exactor interrogauit exinde post cruciatū: si gētiliū litterarū libros aliq̄n legissem? Ego qui tāto cōstrictus articulo vellem etiā maiora promittere: deiurare cepi: t nomē eius obtestans dicere: Dñe si vnq̄ habuero codices seculares: si legero: te negaui. In hec sacri ꝓba dimissus: reuertor ad superos. L.v.

Mō igit hieronym⁹ mirantibus cunctis oculos aperio: tanto lachrymarū imbre perfusus: vt etiaz incredulis fidem facerem ex dolore. Nec sopor ille inanis fuit: aut vana somnia: quibus sepe deludimur. testis est tribunal illud ante qd iacui: iudicio teste qd timui. Plagas sensi per somniū: t tāto dehinc studio diuina legebā: quanto mortalia ante non legeram. Nec.vj.

Beatus hieronym⁹ in libroz abundantia fult⁹ dictis suis scō spū dedicatt: i mobilem catholice turrim ecclesie cōtra ꝓfidoz iacula consumauit. Ipse etiā ex occidēti ad orientē transiens ecclesiā: i locis scis atq̄ lr̄is sacris vsq̄ ad decrepitā vixit etatē. Cui⁹ eloquiū ab oriente vsq̄ in occidentē ad instar solis resplenduit. Septia lec.tñ ō exp̄ōr euāge.ſm lucā: Nolite timere pu. Ome.vt in cōi. Le.vij

Pergūt itaq̄ ad visitādū ꝓsolandūq̄ hieronymū dū i labore eēt catholici seniores. Ad beatū quoq̄ augustinū ep̄m secū qdē aia in ecclia catholica cooperantē: t corpe aūt i affrica scribentē: sic inter cetera scripsit: Nra habuim⁹ tpa: t cucurrim⁹ quātū potuimus: nūc te curr̄ete t lōga spacia trāsmittēte nob ōbet ociū

Sit hieronymus L.ix. quā xp̄o deo adolescens vouerat: hāc pfectā eidē iam corpe obtulit vitā suā cautaz placabilē vnitā in heremo pe

nitentiã bethleemiticã: libris ꝓterea suis p sex et qnq̃ginta ãnos sine vllo ocio apud bethleemiticos totũ repleuit orbẽ spũali opere irreprehensibiliter consumatis: octauo ⁊ octogesimo etatis sue anno in domino requieuit: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. Cetera ad matuti. ⁊ horas de cõmuni vnius confessoris doctoris non pontificis cum oratione Sancti hieronymi. Ad vesperas añ. Justũ deduxit dñs. Et cetere añe de laudi. cũ psal. feriali⁹. Cap. Bñdictionẽ. ℟. Vir israelita ℣ym. Jesu redẽ. ℣. Amauit. In euãgel. an. Si labo eũ. ℣. Mgt. Oro. Sci hieronymi. Cõfessoris. de plurimis. Añ. Fulgebũt. ℣. Sacerdo. Oro.

EXaudi dñe ppl'm tuũ: et scoꝝ confessoꝝ tuoꝝ germani remigij vt vedasti bauonis atq; piatonis solẽnia celebrãtẽ: tpalis vite tribue pace gaudere: ⁊ eternuꝫ reperire subsidium. p dñm. ℣ In trãslatiõe scoꝝ germani remigij ꝛc. L. j.

BEatus igit⁹ german⁹ antisiodorensis epꝰ apud rauennã italie ciuitatẽ obijt: ⁊ quinq̃gesimo tertio die sacrũ corpus a quodã regalis cubiculi prepositoꝝ cui⁹ puerꝫ demone curauerat conditũ aromatib⁹: proprie reddit vbi. Btus ℣o remigi⁹ in vrbe remensi pontificatũ tenẽs: quendam cecũ illuminauit: et ab eo pestem imũdi spũs effugauit. Dis ℣o ⁊ alijs tam in vita q̃z post obitũ innumeris miraculis claruit. Sepultũ q̃z est corpus ei⁹ in ecclesia sancti christofori martyris. Lec. ij.

EDastus ℣o atrebatensium epꝰ: qñ laboris sui premia deo dispensante accipere debuit: febre valida corrept⁹ est: ⁊ nocte quadã visa est clara lucis colũna a culmine domus: in qua sanctus iacebat vsq; ad celi fastigiũ stare duarũ fere spacio horarũ. Quod cum viro dei diceretur: intellexit hoc signũ: suum demonstrare obitũ. Vocauitq; suos filios ad se post dulces paternę pietatis sermões inter manus lachrymantiuꝫ emisit spiritum. Lectio tertia.

IN illo tẽpore: Diathon cum beato dionysio ab vrbe roma diuertens ad vrbẽ thurnatam properauit. Cumq; in ciuitate thurnata ingressus eẽt iussit eum iulianus cesar comprehendi ⁊ flagellari. Diathon ℣o xpi nomen confiteri non metuit dicẽs Christũ dei filiũ

credo: ꝛ ore laudare nō cesso. Tunc vn⁹ militū gladio amputauit caput ei⁹: ꝛ vox cū luce de celo venit dicens. Veni dilecte pathe ad ꝑparataꝫ tibi māsionē et pfruere ꝓsortio bōꝝ: cū eo q viuit ꝛ regnat in secula sclōꝝ. Lete. de cōi plurimoꝝ cōfessoꝝ. ¶ Sci Thome herfordensis epi. Ad vs. aīe ꝛ psal. feriales. Cap. Ecce sacerdos. Lete. de cōi vnius ꝓfessi. pontificis. Ad mem. de scō leodegario. Aīa. Hic ē vere Helias ꝛ bono. Oro vti cōi. Ad matu. Inuit. Unuꝫ deū. ꝙ. Venite. Et cete. vt in cōi.

Beat⁹ thomas natione anglic⁹: angelic⁹ homo: ipse de parentib⁹ nobilibus ꝛ catholicis origine suā trahēs: ab etate primeua morū honestate ꝑclar⁹: studijs literaꝝ sic se dedicauit totaliter sic in ipsis solicite studuit ꝛ ꝓfecit: q tā in humanis sciētijs q̄ꝫ in diuinis honore magiſte rij est adeptus. Lect. ij.

Postq̄ doctrine sue radios lōge lateq̄ diffundens: q̄ꝫ plures ad iusticiā erudiuit velud luminare i mūdo ꝑfulgidū cōtinens verbuꝫ vite. Sic demū scūs de innocēti fact⁹ in herfordensi ecclesia bonus pastor de ipso miti mitior fact⁹ ē studens semp ꝓgredi de virtute in virtutez. Cōmissas vero oues ꝑcedebat ad pascua: vt a lupis ꝓtectas rapacib⁹: pastaſq̄ verbo piter ꝛ exēplo ad xp̄i caulas sedulo reducebat.

Ultra ꝙ sue eccle sie defendebat viriliter in dur⁹ iusticia vt lozica: paratus nāq̄ ꝓ sibi cōmisso grege aiam ponere nō timuit i hoc principē vel magnatez. Et q̄ꝫ dignū erat: q̄ huic tā excellēti merito daret reges eterna post labores: cū ꝓ causis sue ecclesie ad romanā pueniſſet curiaꝫ dié clausit extremū: receptis pri⁹ deuote ecclesie sacramentis: sicq̄ vir felix iste ad deū transmittēdo spīm de pegrino ꝛ aduena factus est ciuis celestis ciuis. Quando festu ici thome herfordēſ epi trāsferat: tūc lectio. iij.

Et q̄ꝫ decebat multū diuine potētie maiestatis: vt sanctum hunc in celis regnare se cū ꝓ signoꝝ euidentiā fidelibus declararet: ip̄m in terra miraculis innumeris clarificauit de⁹ ops: q facit mirabilia magna sol⁹. Ei⁹ nāq̄ meritū lāguores fanāt: mortui resuscitant: ceci illuminant: surdis audit⁹: mutꝫ loq̄la: ꝛ claudis gressus reddit: infirman/

tibus ꝙo sanitas: ⁊ in profundo pelagi naufragantib⁹ porrus salutifer indulget. Lec. v.

HEc sunt certe tua mirabilia de⁹: q sic p celestes spirit⁹ gubernas terrena oia ⁊ disponis: qđ ipsoꝝ sacratuꝫ numerū quē cadentiuꝫ ruina minuit: reparas mirabiliter a terrenis. Hij sunt sancti tui omnipotēs de⁹ bone: qui tue dono gr̄e semp virent: rubēt vt rosa: candēt vt lilia: vt mel placēt: currūt vt spūs: fragrāt vt balsamū: vt sol fulgēt. Lec. vj

SIc clemens deus sanctū suū glorificans thomaꝫ fidem firmat: nebulosos errores dissipat ⁊ cōfundit: ad superna nostros rapit affectus: amore flaminis succendit frigida corda nostra. In hac igitur leta die quā fecit dn̄s qua cōfessor iste in dei throno corona glorie clarus sedet: laudet deū omis spūs celi celorū clamore ineffabili deo canat: sanctoꝝ ecclesias mēte ac spū in cordis ⁊ organo de psallat.

Ad die lectio. de sco leodegario

GLoriosus Lec. iiij. rio. igit leodegarius duzin augustudinēsiv: be ꝙuersaret eps: hebroinus eundeꝫ epm decreuit primere. Qui ad eandem ciuitatē exercitum misit copiosum valde: vt ciuitatem irrūperent: ⁊ leodegariū epm penis crudeliter vexatū occiderent. Sāctus igit leodegarius valedicens fratrib⁹: spōte se inimicis obtulit pro ciuibus. Aduersarij ꝙo gauisi a capite ei⁹ oculos abstraxerūt.

SAnctus ꝙo leo Lec. v. degarius ante hebroinū ductus dixit ad eū eps. Duꝫ supare cupis oēs habitantes in tota francia: tuā potius aufers quā idign⁹ accepisti gloriam. Hijs dictis hebroinus labia eius ⁊ linguā p̄scidi iussit: eūq; tradidit viro nomine waningo. Qui duxit eum ad cenobiū suuꝫ inter moniales Morq; eius lingua: solitum recepit officiū. Postea ꝙo iussu hebroinj ducit in siluaꝫ a quattuor speculatoribus ad decollandū. Quib⁹ ait sanctus. Implete desideriū eius: qui Tvos misit. Lectio. vj

TRes ꝙo illoꝝ compūcti ad pedes ei⁹ pcidentes venā precabant. Quartus aūt cuꝫ eū decollasset: ⁊ corpus ei⁹ q̄si vntus hore spacio erectū stare videret: eū pede in terram deijciens statim arrept⁹ a demonio in igneꝫ se p̄iecit: ⁊ sic vitā suā miserabiliter finiuit. Audiens aūt post biennium

hebroinus sci viri miracula: militẽ illuc misit: vt veritatẽ inuimaret. Miles vo supbus illuc veniens calce tumbam percutiẽs clamauit. Moriat qui mortuũ facere miracula credit. Mox ille arreptꝰ a demonio: morte sua sanctuz amplius commẽdauit. Hebroinus vo gladio nequiter occiditur. Passus est aũt sanctus circa annũ dñi octuagesimuz cui est glia in scla. Lec. vij. in de exponẽ euan. Homo qdã peregre. Omel. vt in cõmuni.

VErũ qz multũ Lec. vij cõuenit: vt quẽ deus in celis glorificat: i terris ad suũ fructũ z gaudiũ mũdus colat Sãctissimꝰ i xpo pater dñs iohãnes papa vicesimꝰ secũdus prefatũ seruũ christi sanctorũ ascripsit cathalago cõfessorũ. Uniuersis itaqz platis p apostolica scripta mãdauit: quatinus sexto nonas octobris festum ꝓfessoris eiusdẽ deuote z solẽniter cũ suis subditis celebrarent. Lectio. ix.

VT autez ad venerabile eius sepulchz ardentiꝰ christi ani cõfluant: oibus vere penitentibus z cõfessis qui cũ reuerentia illuc in eodem festo annuatim accesserint: ipsius suffragia petituri: de oipotentis dei misericordia z beatoz petri z pauli apl'oz eius cõfisus: duos annos z duas quadragenas cõcessit. Accedentibus vo infra eiusdẽ festi octauas ad sepulchrũ eius: centũ dies de iniũcta sibi penitẽtia misericorditer relaxauit. Letera de cõi vniꝰ cõfessoris põtificis cũ memo. de scõ leodegario. ¶ Sci Frãciſci ꝓfessoꝛi.

FRanciscus ser/ Lec. j. uus dei in ciuitate assisij ortus z negociator effectꝰ: fere ad vigesimũ annũ etatis sue male viuendo tẽpus suũ consumpsit: quẽ dñs infirmitatis flagello in virũ alteruz subito transformauit. Ecclesiã sqdẽ sci damiani ozonis cã ingrediens: imago xpi eũ miraculose alloquit. Frãcisce inqt vade repara domũ meã: q̃ vt cernis tota destruit. Ab ea igit hora crucifixi passio eiꝰ cordi mirabiliter ẽ infixa. Instituit etiã solicite ecclesie repandũ

VEnditis vo que Lec. ij. hẽbat cũ pecuniã cuidã ꝓsbytero daret: z ille timore parentũ recipere recusaret: coram eo eã ꝓiciens tãqz puluerem vilipẽdit. Quapꝓter a patre ligatus z captꝰ: pecuniã eidez restituit: ac vestẽ resignauit: z cilicio se induit. Suscipiens

ño simplicē virū loco patris rogat: vt cū pater eius maledicta cōgeminat: ipse sibi econtrario benedicat. Ipse ño trāsitum suū longe ante pscium: dixitq; fratrib⁹ diem sui obitus iminere sibi demonstratū a christo. Lectio iij.

BIennio quoq; a impssione sacroz stigmatū anno videlicet a sua cōuersione vicesimo ad sanctā mariā de portiuncula' se deferri popposcit: vt vbi p virginē mariaz spiritum cōceperat perfectionis: ibidem mortis soluto debito ad brauiū pueniret retributionis eterne. Lecto ño euāgelio scōm iohannē ante euz ab illo loco: ante diez festum pasce: orans t psallens vir beat⁹ obdormiuit in dño: cui est honoz t gloria in secula. Cetera de cōi vnius cōfessoris nō pōtificis. ¶ Sancte Fidis virginis t martyris. Oratio.

DEus q̄ pntē die beate fidis ñginis t martyr tue facis esse solennez: psta ecclesie tue: vt cui⁹ meritis gloriatur eius pcibus adiuuet. per do.

SAncta fidis agen/ Lec. j. sensiū ciuitate oriunda fuit: t ex parentib⁹ nobilibus pcreata. Hec eni prima in ciuitate agenno decus t explū magni martyrij cūctis christi fidelib⁹ fuit. Cum aūt pr̄ses noie datian⁹ direct⁹ a diocliciano t maximiano impatoribus agennū vrbem ingressus christianis atrocissimas penas inferret: cōtinuo beatam fidem virginē accersiri iussit: et suis conspectibus adduci.

QUius constan/ Lec. ij. tiam duo fratres prim⁹ et felicianus post diuersa tormentorum genera anhelo pectore flagrātes: tā fide q̄z ope mortis piculis alacriter se iecerūt. Quos omēs ad iugulum mortis vna cōspiratione ꝓsertos: mox vt vidit ille seu⁹ carnifex: blandimētis demulcere: minisq; terrere eos cepit sed nec sic vllo modo flecte re potuit. Lectio iij.

TUnc ad vltimū data sententia oēs simul ad delubruz duci pcepit: vt aut dijs imolare: aut capitib⁹ plexis oibus cerium fiat vitam finire. Ducti ño ad locum cum nulla vi poterant compelli ad sacrificandum capitibus cesis vni⁹ diei hora cū triumpho martyrij ad coronā glorie pridie nonas octobris migrauerunt per eum qui viuit t regnat i secula seculorum amen. Cetera de cōi vn⁹ ñginis t martyr.

¶ Sancti marci pape ⁊ cõfes. nõ dubitet̃ qn fiat seruitꝫ̃ de scõ marco: ⁊ memo. de martyribus. ⁊ sic fiat alibi: vbi eodẽ die prenoiat festũ cõfes. ⁊ subsequitur festũ martyrũ. ℣io.

Gaudi dñe preces nr̃as et interueniẽte bt̃o marco cõfessore tuo atq; põtifice supplicationes nr̃as placatus intẽde. p dñm. ¶ Memo. de martyribus. Añ. Gaudent in celis. ℟. Exultent iusti. ℣io.

Sanctorũ martyrũ tuorũ nos dñe marcelli ⁊ appulei bt̃a merita ꝓsequãt: ⁊ tuo sp faciãt amore seruẽtes. p ꝺ.

Inter cetera sacre ob. Lj seruãtie documenta traditione mouemur euãgelica: diuinis celebrare laudib⁹ scõrũ merita: vt p hui⁹ deuotiõis obsequia: illoꝝ donante dño ꝓseqũmur cõsortia. Tp⁹ ꝓstãtini impatoris scũs marc⁹ florere cepit: fructum honoris ⁊ honestat̃ ꝓferre studuit. Lec. ij

Beatissim⁹ papa marcus quia feliciter laborauit ante thronũ diuinitatis eterne astat imaculatus: sanctãq; trinitatẽ cuꝫ chorꝛis angelicis laudat felicissim⁹. In hac vita hoc egit: vt soli deo placeret: deoq; eternaliter viueret. Et vt dilectissimi deo placeam⁹ deoq; viuam⁹: opemur bonũ ad omnes: maxime aũt ad domesticos fidei. Lec. iij.

Ad hoc itaq; simus solliciti: ⁊ vt veneranda quam colimus bti̇ssimi pape marci solẽnitas: deuotionẽ nob augeat et salutez. Assint ⁊ nobis scõꝝ marcelli ⁊ apulei martyrũ iuuamina. Ipsi quidez maligni simonis magi aliqñ discipuli fuerunt: sed diuina inspirãte gr̃a dũ vite verba ex ore petri apli audierũt: symonẽ magũ reliq̃rũt: ⁊ petro apl̃o adherẽtes: per martyriũ migrauerũt ad eum q viuit ⁊ pmanet in secula. Cetera de cõi vni⁹ cõfes. põtifi. ¶ Scẽ pelagie. Lec. j.

Sanctissimus eps antiochie citatis nõnus vna cũ vicinis epis ad ciuitatẽ vocatus: visionẽ relatu dignã vidit: quaꝫ diacono suo iacobo his verbis reuelauit: Post nocturnas oꝛones die dñico superueniẽte cõturbat⁹ spũ: videbã ad cornua altaris assistere me et colũbã migram sordib⁹ plenã circumuolitare me: donec põtificis oꝛo cathecuminoꝝ dimitteret turbas: ⁊ postea nõ cõparuit. Post missam ꝙo cũ egrederer limitẽ nr̃i saluatoris: iterũ colũba illa ante me aduolitãs astitit. Et apprehẽ-

di eā manu mea: et iactaui in conchā aq̄ ante eccleſiā. Et ſic nix munda inde aſcēdit altitudinē aeris ſublimiter ab oculis meis petens. Lec. ij.

Sancto itaq; pōtifice ipa die dñica ſermonē faciēte: cū beata pelagia ingrederet: audiens compuncta corde ingemuit: ad pedes bti viri pcidit lachrymis pedes rigauit dicens: Miſerere mei dñe Ego eni ſum pelagia iniqtatis pelagus. Multos decepta decepi in voluptatib⁹ carnis: plures ſeduxi in deſideriis meis: penitēs poſtulo baptiſari. Sanctus vo eps manū imponens ei: i nomine patris & filij & ſpiritusſancti eā baptiſauit. Ūn malignorū ſpirituū planctus i aere eſt auditus. Beata vo pelagia meliorē partē elegit: que nō auferet ab ea. Lec. iij.

Omnē igit ſubſtantiam ſuam cōmiſit epo pauperibus erogandaz. Octauo demū die ſue baptiſmatis: ſepulchrū noſtri redēptoris induta cilicio viſitauit: paruāq; cellulam ſibi in monte oliueti conſtruxit: ibiq; ſolitariaz duxit vitā. Status itaq; eius et vultus ab hoibus vſq; ad diſiunctionem carnis et ſpūs erat ita abſconditus: q̄ nomi nabat pelagius monachus. Tandē vo cū in extremis eēt poſita: predict⁹ diacon⁹ noie iacobus eā viſitauit: & migratione nunciauit: corpuſq; ancille ſerui xp̄i ſepelierūt: cui ē bonor: & glia p ſeculoz ſecula

Cetera de cōi vnius martyris

¶ Sci dionyſij cū ſocijs ſuis.

Ad veſpe. ante & pſal. feriales.

Cap̄ Sancti p fidē. ℟. Hi ſci viri. Hym. Scōz meritis. ℣. Exultent iuſti. In euāge. aū. Inſignes p̄conij alme tue nobilitati cōſonāt voces collaudantes verbo ſupplici proſeq̄mur aue inclyte martyr: angelorū conſors: apl'oz ſoc⁹: prophetarū cōciuis: & martyrum coheres ſancte dionyſi cuz ſocijs tuis intercede pro noſtra oimq; ſalute. p̄s. Dagt. oco.

Deus qui hodierna die beatū dionyſiū virtute conſtātie in paſſioe roboraſti quiq; illi ad predicandū gentib⁹ gloriā tuā ruſticū & eleutherū ſociare dignat⁹ es: tribue nobis q̄s ex eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. p dō. Ad matutin. Inuita. Gaudete. p̄s. Uenite. Hymn⁹. Eterna chriſti munera. In primo noc. aū. Sanctus dionyſi⁹ q tradente

beato clemente petri apli succ/
ssore ybi diuini semina gē/
tibus eroganda susceperat. ℟.
Btūs vir. ℣. Quo amplius
gentilitatis feruere cognouit
errorē: illuc intrepidus: z calo
re fidei armatus accessit: z pa/
risius dño ducēte puenit. ℟.
Quare fremuerunt. ℣. Non
veritus incredule gētis expe/
tere feritatē: quia virtutē suaz
preteritarū penarum recorda
tio roborabat. ℟. Cū inuoca.

℣. Exultent iusti. Lec. j.

POst passionē dñi nostri
iesu xpi: gloriosamqz ascēsio/
nē: cū btūs paul⁹ aplūs p graz
sci spūs fidē quā ātea expug/
nauerat: pfecta religiōe seqret
z xpi nomē ignotis gētib⁹ pdi/
caret: aduenit athenis. Ibi dio
nysius ariopagita aliorū do/
ctor instituerat. Quem interro
gans paulus quid coleret ait:
Hos colimus. Aras qs vides
martis z herculis mercury et
priapi honore sacrate sunt. ℟.
Post passionē dñi in vniuer/
sis gentib⁹ predicatio profutu
ra successit. Ita vt fide crescen
te multi merērent fieri confes
sores: quos catholica postmo-
dū gaudet ecclesia pmeruisse
martyres. ℣. Qui cū iminere
suas cernerēt passiones: q̄ do/
mino iesu xpo docēte didice/
rant repleti spūssancti gratia
docuerunt. Ita vt. Lec. ij.

PAulus vo inter ceteras
aras repit altare vnū: cui erat
titulus suprascript⁹: Hec ē ara
ignoti dei. Et dixit: Quis est
ille icognit⁹ de⁹? Ad quē dio/
nysius: Adhuc inquit est inco
gnitus nob: z in seculo futuro
vētur⁹. Paulus vo ait: Quid
vob videt: hō erit an spūs deo
rū? Rndit dionysi⁹: Uerus ē
de⁹ z ver⁹ hō: z ipse renouabit
mūdū. Et ait paul⁹: Illū deuz
pdico vob: quē incognitū ap
pellatis. Postea vo paulus p
inuocationē nois iesu xpi ocu/
los aperuit ceci nati. Hocau/
diens dionysi⁹ baptisat⁹ est: et
dom⁹ ei⁹ tota: z postea archi/
eps athenensiū consecrat. ℟.
Gras tibi dñe: q infestātis imi
mici iacula pbationē fideliū
tuorz prestitisti esse: z non vul
nera: sed talē tuis martyribus
tribuis pro labore mercedē.
Ut nullū tuorz fuisse gaudeat
hostis imbellē. ℣. Quinimo
perpetuū eis largiris triumi/
phū: vt ecclesie tue semp sint
in exemplū. Ut. Lec. iij.

POst aliqt annos romam
veniēs: clementē pontificē se/
dis aplice: ac successorē petri
inuenit. A q̄ cū honore susce/
ptus aliquādiu secū quersat⁹

est. Deꝰ vo tetigit cor bti cle/
mẽt: ꝛ vt eũ alloq̃ret his ver/
bis accẽdit. Quia mi frater di
lecte dionysi catholice es edo
ctus: partes aggrediẽs occidẽ
tis: sicut bonꝰ miles xpi ꝑlia/
re dñi tui ꝑlia. Et sicut dñs ie
sus xps magro meo petro tra
didit: ꝛ ego scẽ hereditatẽ iura
suscepi: ita tibi cõmẽdo ligan/
di soluẽdiq; auctoritatem. ℟.
Btissimꝰ dionysiꝰ xpi martyr
tradente btõ clemẽte erogãda
gẽtibꝰ semina diuina suscepit
Et q̃ amplꝰ gẽtilitatis errorẽ
feruere cognouit: illuc intre/
pidus: et virtute fidei armatꝰ
accessit. ℣. Et pariſiꝰ dño du/
cente puenit: nõ veritꝰ icredu
le gẽtis expetere feritatẽ. Et.
Glia. Et. In.ij.noc.aũ Eccle/
sia illis q̃ necdũ in locis erat:
et pplꝰ ille nouã cõstruxit: ac
officia seruientiũ clericorũ ex
more ꝓstituit: ꝓbataſq; perſo
nas honoris secundi ordinis
ampliauit. ℣. Verba me. Eli
Linctꝰ ergo fide: ꝛ miserico/
diam anteponẽs paulatim ſo
ciabat deo: q̃s diabolo subtra
hebat. ℣. Dñe dñs noſ. Eli.
Tãtas per illũ dñs dignabat
exercere virtutes: vt rebelliũ
corda nõ minꝰ miracul' q̃; pre
dicationibꝰ obtineret. ℣. Cõ/
serua me. ℣. Letamini. Le.uij

Beatꝰ vo dionysiꝰ gallias
puenit: ꝛ pariſiꝰ dño du/
cente accessit. Tantas per illũ
dñs dignabat exercere virtu/
tes: vt rebelliũ corda non mi/
nus miraculis q̃; predicatio/
nibus obtineret. Post hec fe/
scenninus ꝛ fisinnius iussu do
mitiani imperatoris galliam
penetrãt pro machariũ dionys/
ij inquisitiõe: pariſiuſq; per/
tingentes: ibi beatũ dionysiũ
archiepm̃ cum rustico archi/
presbytero ꝛ eleutherio archi
diacono: quos ipſe ordinaue
rat populũ ad fidem xpi inue
nerũt exhortãtẽ. ℟. Dũ sacrũ
mysteriũ sanctus dionysiꝰ ce/
lebraret i carcere: apparuit ei
dñs iesus xps cũ multitudine
angelorũ. Dansq; illi scã dixit
accipe hoc care meꝰ: qđ mox
cõplebo tibi vna cũ' pre meo.
℣. Mecũ eni est maxima mer
ces tua: ꝛ his q̃ audierint te ſa
lus i regno meo. Dãſq;. Le.v

Tunc sanctus dñi capit:
collaphisat: conſputt: et
toto corpore nudus flagella/
tur: ac in fornacẽ ponitur: nec
vincitur. Flagellantur etiã ru
sticus ꝛ eleutherius satis acer
rime: ꝛ imenso cathenarũ põ/
dere ſil' sci dñi onerant: ꝛ in er
gastulũ tenebrosissimi carcer
retrudũt. Vbi dũ scũs dionys/

sius missam celebraret: hora qua frãgeret panis ieũs quo ipse & ppls cõicarent: in luce magna appuit dñs ihesus xps cũ multitudine angelor: & accipiens panẽ sc̃m dedit ei dicens. Accipe hoc chare meus qđ mox cõplebo tibi vna cũ patre meo: & p qbuscũq; petieris ipetrabis. ℟. Mecũ ẽ merces tua: & hũs q audiertut te salus in regno meo Nunc facies fortiter & erit nomen tuũ in laude. ℣. Dilectio & benignitas quã hẽs semp p qbuscũq; petieris ipetrabis.

Nunc facies for. Le. vj.

HIs ꝙo expletis ducti sũt extra carceres p̃ciosus dei athleta dionysius rustic⁹ quoq; & eleuther⁹ trinitatez cõfitentes: & p xpi noie decollati sunt. Maximaq; multitudo fideliũ eadẽ die cũ bto dionysio cesa est. Et ad declaranda bti viri merita assistẽtes horror inuasit & bti dionysij cadauer se erexit: scãq; manu caput a corpore truncatũ angelico ductu gressiũ regente portauit a mõte passionis p duo fere miliaria vsq; ad locum vbi nũc requiescit sine cessatione hymnis dulcissimis deũ laudãs. Quz etiaz augelorum agmina glia tibi dñe adiucto frequenti⁹ alla modulãtia sũt audita. Processu vo tpis xpi ani basilicã sup sanctor: corpa cõstruxerũt ad laudẽ dñi nri ihesu xpi. ℟. Tãtas p illũ dñs dignabat exercere virtutes. Ut rebelliũ corda nõ mi⁹ miraculis qz p̃dicationib⁹ obtineret. ℣. In q̃ lux celestis gratie ineffabiliter radiabat. Ut. Glia. Ut rebel. In. y. noc. añ. Utroq; mõ iermi viro ñ valebat plebs armata resistere ps. Dñi est terra. Añ Duz sacrum mysteriũ btũs dionysi⁹ celebraret in carcere: apparuit ei cũ multitudine angelor: dñs ihesus xps. ps. Bti quor:. Añ Dansq; illi scã dixit accipe hoc care meus qđ mox cõplebo tibi vna cũ patre meo. ps. De⁹ venerũt. ℣. Justorũ aie. Tres vtie lec. de expõne euãge. Videns turbas ihesus. Ome. vt i cõi. ℟. Adest nãq; bti dionysij sacratissima dies in q̃ triũphans agonez explevit. Et coronã victorie accipe meruit de manu dñi. ℣. Quẽ dñs post apl̃os sic honorauit vt oẽm gallã eius aplatu insignuret qui eã suo sanguine cõsecrauit. Et coro. ℟. Ur iclytus. vt in cõi vni⁹ mart. ℟. Hij sancti viri a bti dionysij nũq; sustinuerũt abesse p̃tia

quos in vnū interrogatio percussoris inuenit. Interrogati vnū t veruz in trinitate dñm cōfitent. ℣. Terroze subiūcto multisqz afflicti iniurijs t supplicijs macerati. Interrogati. Blia. Interro. ℘. Te deū. ℣. Mirabilis deus. In lau. añ. Hi sancti viri a bti dionysij nunqz sustinuerunt abesse pñtia: quos in vnū interrogatio pcussoris inuenit. ℘ Dñs regna. Añ. In hac ergo fidei constātia pmanētes: reddentes terre corpora: btās celo animas intulerūt. ℘. Jubilate. Añ. Tali namqz ad dñm meruerūt pfessione migrare: vt amputatis capitib⁹ adhuc putaret lingua palpitās dñm cōfiteri. ℘ Deus deus me⁹. Añ. Beata nimiū et deo nō grata societas: inter quos nec prim⁹ alter potuit esse: nec tertius: sed trinitatē cōfitētes trino meruerūt decorari martyrio. ℘. Benedicite. Añ. Et facta est comes multitudo celestis exercit⁹ exanimi corporis bti dionysij caput pp̄riū deportātis: laudās deū t dicēs: glia tibi dñe. ℘. Laud. Cap Reddet de⁹. Hym. Rex glo. ℣. Justi aūt imperpe. In euā. añ. Adest nāqz bti dionysij sacratissima dies: in q̄ triūphās agonem expleuit: t coronā victozie accipe meruit de manu dñi. ℘. Bñdicam⁹. Dio. Deus q hodierna die. Ad hozas ane de laudi. Cetera de cōi plurimozū martyrū: cū ozōne De⁹ q hodierna die. ¶ Sci paulini archiepi eboraceñ. Ad vs. añ. Hi sci viri. t cetere añe de lau. cū psalmis feriatib⁹. Cap. Ecce sacerdos. ℟. Miles xpi. Hym. Iste cōfes. ℣. Elmaurt. In euāge. añ Confessor dñi. Dio vt in cōi. ¶ Ad vesp. de scō dionysio. Añ. O bte dionysi: magna est fides tua: intercede pro nobis ad dñm deuz nostrū: vt q ālitate tibi sumus dissimiles: sua gr̄a largiēte faciat eē ꝓsortes. ℣. Exultēt iust. Dio. De⁹ q ho. ¶ Ad vesp. de martyrib⁹ gereone t socijs ei⁹ Añ. Gaudēt in ce. ℣. Letami. Dio vt i cōi. Ad matu. Inuit. Unū deū. ℘ Venite. Et cetera de cōi vnī⁹ ꝓfe. pōtifi. Le. j.

GEns northanhumbroz hec est natio anglozū: q̄ ad aquilonarē humbre fluminis plagā habitat: cū rege suo edwyno verbū dei p̄dicāte beato paulino' fidez suscepit. Huic aūt gēti occasio fuit pcipiēde fidei: qd̄ p̄fat⁹ rex ei⁹ cognatiōe iūct⁹ est regib⁹ cātuariozū accepta i ꝓiugē adilber-

berta filia adilberti regis: qui alio noie teta vocabat. Lec. ij.

HUius ꝓfectiu cū primo missis ꝓthisa frē eius ead baldo: q tūc regno cātuariorū prerat peteret: responsum est nō esse licitū xpiānā xginē pagano in ꝓiugē dari: q veri dei cultū prorsus eēt ignarū. Que cū edwino xpba nūciꝫ ꝓferrēt ꝓmisit vt fidē cultūqꝫ religionis cū oibꝰ qui secū venissent more xpiano seruaret. Lec. iij.

OBtulit itaqꝫ virgo edwino: iuxta qđ dispositū fuerat. Ordinat eps paulinꝰ a iusto archiepo sub die duodecimo kalendarū augustaꝝ: anno ab incarnatione dñi sexcentesimo vicesimoquinto: z sic cū ꝑfata virgine ad regē edwinū q̄si comes carnalis copule aduenit: z multum laborauit vt eos qui secū venerāt: i fide cōtineret: z alios si poterit de paganis ad gr̄am fidei prędicando ꝙuerteret. Lec. iij.

QUm xpo edwinꝰ ꝓsequente illū edilfrido: q ante eū regnauit: dū apud redualdū regē anglorꝫ exularet: q sibi suū auxiliū in oibꝰ ꝓmisit: ac deinde munerib⁹ ac ꝓmissiōib⁹ edilfridi corruptꝰ: edwinū hostib⁹ suis tradere disponeret: et ob hoc ante palatiū media nocte mestus sederet: qđ ageret: quoue pedem ab inimicis verteret nescius: tale sibi diuinitus ostensum est oraculum Vir aūt ignotꝰ sibi appropinquans illuz interrogauit: q̄re ceteris quiescētibꝰ ille solꝰ mestus peruigil illa hora sederet At ille vicissim scisitabat: qđ ad eū pertineret Lec. v.

RESpōdit vir ille Ne me estimes tue mestitie cām nescire. Si ergo qs vētura ꝑdixerit tibi: num ei obtēpare cōsentis? Cui edwinꝰ pollicet in oibꝰ se doctrinā eius secuturū: si eū a periculis tantis eripuerit. Predictus homo dexterā suā capiti regis imponens dixit: Cū hoc signū tibi euenerit meméto huius loquele nostre. Et his dictis; disparuit. Edwinus inimici regis insidias nō solū vitauit: sed eidem perempto in regnū successit: z tamen q̄ credere distulit. Lec. vj.

QUm ergo quadā die iterum solus sederet: ingressus ad eū vir dei paulinꝰ: imponēsqꝫ dexterā capiti eius: z an hoc signuz cognosceret requisiuit. Qui cū tremēs ad pedes ꝓcedere vellet: leuauit eū: z precepit: vt qđ ꝓmiserat non differret. Predicāte ergo verbū dei paulino ꝑbuit palā assensum

euāgelisandi rex. Destructis igit aris t phanis idolor: accepit rex edwin⁹ cū cūctis gē/tis sue nobilib⁹ ac plebe pplurima fidē t lauachrū scē regenerationis Eboz. pridie idus aprilis i ecclesia sci petri: quā abidē ipse de ligno citato ope eodē tpe cōstruxit anno regni sui vndecimo: q est ann⁹ incarnationis dñi sexcentesim⁹ vicesimus septimus. In q̄ ciuitate paulino sedē dedit epatus. Expositio: Homo quidā nobilis. Omel. vt in cor. Le. viii

QUrauit ꝙo rex docente paulino maiorē in ipso loco fabricare basilicā. sed prius q̄z altitudo parietis esset cōsūmata: rex ipse impia nece occisus: opus idē successori suo oswaldo perficiendū reliquit Moztuo quoq; rege edwino paulin⁹ secum sumpta regina adilberta: redijt cancia nauigio: atq; ab honorio archiepiscopo: t rege edbaldo multuz honorifice suscept⁹ est. Le. ix.

QUo in tpe rofensis ecclesia pastorē nō habebat: et curā prefat⁹ paulin⁹ inuitatiōe honorij archiepi: t edbaldi regis suscepit ac tenuit vsq; dū ipse suo tpe ad celestia regna cū fructu laboris ascēdit. In q̄ ecclia moriēs: palliū q̄d a romano papa acceperat reliquit. Reliqt aūt in ecclia sua eboza. iacobū diaconū: virū q; vtiq; ecclesiasticū t scm: t obdormiuit in dño. Lete. ad matu. t horas de cōi vn⁹ pfes. pō tu. cū memo. d martyrib⁹. Ad vesp. oia de cōi: cū mem. d martyribus: nichasio socijsq; eius

¶ Sci nichasij cū socijs suis.

